FACULTAS LITTERARUM IN ACADEMIA PARISIENSI.

FRAGMENTA

BIONIS BORYSTHENITÆ PHILOSOPHI,

E VARIIS SCRIPTORIBUS COLLECTA,

EMENDAVIT, ILLUSTRAVIT, ET AD PUBLICAM DISCEPTATIONEM PROPONIT
AD DOCTORIS GRADUM PROMOVENDUS,

JOANNES PETRUS ROSSIGNOL,
IN FACULTATE LITTERARUM JAM LICENCIATUS.

Οὐκ ἐμὸν ἐρῶ, ἀλλά τινος τῶν σοφῶν,
Τὸ, ΝΗΦΕ, ΚΑΙ ΜΕΜΝΗΣΟ ΑΠΙΣΤΕΙΝ,
Lucian. *Hermot.* pag. 303. Ed. Bourd.



LUTETIÆ,
EXCUDEBAT TYPOGRAPHIA REGIA.

ANNO DOMINI M D CCC XXX.
Die Julii.

PERMISSU

CUSTODIS SIGILLORUM REGIORUM.



« BION BORYSTHENITA nobilissimus inter philosophos sophista, et inter » sophistas philosophus, plane factus ad vanas opiniones, pravasque cupi- » ditates mordaci dicacitate confutandas. Quo ex genere multa ejus, » acutissimaque extant dicteria, digna sane quæ, cum vita viri ad criticam » diligentiam tractata, ad elegantioris antiquitatis, atque omnino sapientiæ » studiosorum cognitionem celebrarentur. » (1)

Sic in animadversionibus suis in Plutarchum Daniel Wyttenbachius, et hoc a clarissimo viro eruditiori sane traditum munus ego sum aggressus exequi, novam quidem, commendabilemque potius tractandi materiam ductus cupiditate, quam tenuitatis meæ conscientia deterritus. Fideliter igitur ut ad propositum deformationis opus perficiatur, primum Borysthenitæ vitam, deinde ejusdem Apophthegmata ad criticam diligentiam exponere conabor.

(1) *Animadvers. in Plut. de Aud. poet.* pag. 162, edit. Leips.

VITA
BIONIS BORYSTHENITÆ.

BION Borysthene natus est, unde Borysthenita fuit cognominatus. Magna auctorum dissensione quanam vixerit ætate traditur. Plutarchus eum sub Antigono Alexandri successore extitisse refert (*a*). Casaubonus (1) et Baylius (2) Plutarcho assensêrunt. Diogenes Laertius nunc Xenocrati (*b*), nunc Antigono (3) contemporaneum floruisse narrat; Aldobrandinusque parum cogitans quantum temporum rationi repugnaret, geminam hanc secutus est sententiam (4). Attamen arbitror ego certe statui posse Bionem sub Antigono Gonata vixisse. Bionis enim e scommate in Persæum ab Athenæo relato (5) simultates eum cum stoïco exercuisse; et ex responso Bionis ad Antigonum a Diogene Laertio tradito (6) compertum habemus nostrum eodem tempore quo Persæus et Philonides apud Antigonum diversatum fuisse; atqui ex Laertio alibi discitur, Zenonem Antigono Gonatæ hos misisse discipulos, quod ipse ad regem ob senium ire nequiret (7), paucis sane quidem annis antequam fato fungeretur, nonagesimum videlicet annum forsan agentem; namque annos nonaginta et octo natus mortuus est, olympiade CXXVIII. Porro triginta jam abhinc annis e vita discesserat prior Antigonus; supremum enim obivit diem anno tertio olympiadis CXIX.

Quando quidem igitur certe, ut opinor, demonstratum fuit Bionem sub Antigono Gonata vixisse, aggrediendum et annorum Bionis supputatione confirmare, vix eum Antigono Alexandri successori notum esse potuisse. Admittamus enim Borysthenitam quinque et viginti annos natum Athenas migrasse. Adolescens qui parum liberali usque ad hoc ætatis suæ educatione fuerat excultus, multos in comparanda doctrina annos debuit impendere; eumque in philosophia, et in cæteris disciplinis profecisset, non subito sane, sed sensim, ut plerumque fit, ad clarum famæ lumen emersit, verisimileque nomen ejus, si unquam ad aures Alexandri successoris pervenerit, non ante quindecim annos pervenisse; atqui, ut jam supra vidimus, Antigoni Gonatæ hospes

(*a*) *Ἀντίγονος ὁ γέρων ὑπὸ Βίωνος ἐνοχληθεὶς πολλάκις, Δότε, εἶπε, Βίωνι τάλαντον καὶ ἀνάγκην* (8). Ex Casauboni emendatione Βίωνος pro Βίαντος reposui, quod contra chronologiæ fidem irrepsit.

(*b*) *Σκωπτόμενος ὑπὸ Βίωνος (Ξενοκράτης) οὐκ ἔφη αὐτῷ ἀποκρινεῖσθαι· μηδὲ γὰρ τὴν τραγῳδίαν ὑπὸ τῆς κωμῳδίας σκωπτομένην ἀποκρίσεως ἀξιοῦν* (9).

(1) Casaub. *Obs. in Diog. Laert.* lib. IV, segm. 54, edit. Wetsen.

(2) Bayl. vid. *Dict.* Bion.

(3) Diog. Laert. lib. IV, segm. 54.

(4) Aldobrand. *Obs. in Diog. Laert.* lib. IV, segm. 46; lib. IV, segm. 10.

(5) Athen. lib. IV, cap. XVII.

(6) Diog. Laert. lib. IV, segm. 46.

(7) Diog. Laert. lib. VII, segm. 10.

(8) Plut. *De vit. pud.* pag. 531, edit. in-f.°

(9) Diog. Laert. lib. VII, segm. 10.

erat Borysthenita circa olympiadem CXXVI. Tunc igitur centenarius ferme fuisset, si vel decem tantum annis antequam Alexandri successor obiret, in hujus principis notitiam incidisse admittas, vitamque ad incredibilem prorsus senectutem produxisset.

Præterea si priore Antigono Borysthenita familiariter usus est, haud dubie vidit eum in avita domo Demetrii Poliorcetis filius, et prius quam ipse regnum adipisceretur, profecto non semel audivit quam ignobili stirpe noster esset genitus : scatent enim aulæ regum zelotypis quales Persæus et Philonides, qui malignos serentes rumusculos, tacite conantur iis detrahere quos gratia apud principem valere sentiant. Quod si autem res ita se habuit, cur, quæso, eum multo post tempore, ut infra videbimus, interrogavit :

Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Ex allatis igitur argumentis colligere est sub Antigono Gonata floruisse Bionem, parumque verisimile esse Antigono Alexandri successori notum eum fuisse. At, objiciet Baylius, quid tunc de τῷ γέρων Plutarchi fiet? Adscribemus illud auctoris incogitantiæ, vel potius cujusdam inscitiæ qui adulterinam hanc textui vocem immiscuerit, ut foret apertius quem Antigonum Plutarchus voluisset innuere : vanamque ne videar hic arcessere corruptelæ causam, omnes in testimonium voco, quicunque circa codicum resolvendam scripturam versati sunt, quam multæ inter legendum spuriæ interpolationes occurrant. Instabit Baylius : ex Strabone discimus ab Eratosthene summo loco habitum fuisse Borysthenitam (*a*); atqui Eratosthenes natus est olympiade CXXVI. Ergo Borysthenita sub priore Antigono vixit. Etiamsi Baylio concederemus Borysthenitam sub priore Antigono vixisse, non inde fas esset concludere, ut voluit vir doctissimus et κριτικώτατος, eidem Antigono Bionem fuisse notum; tali enim demonstravimus supputatione parum credibilem nostro senectutem imputari. Verum enim vero in controversiam vocabimus an bene ex Strabonis verbis collectum fuerit sub priore Antigono Bionem vixisse. Ex istis enim non insulsam me ficturum arbitror hypothesim, si supponam Eratosthenem viginti circiter annos natum, cum Bionem novit, philosophumque quadragenarium fuisse; atqui, admissa hypothesi, statuendum erit Bionem in lucem editum fuisse circa primum annum olympiadis CXIX; duobus scilicet annis post obitum prioris Antigoni.

Sed ad vitam ipsam Borysthenitæ jam veniamus. Quibus sit ortus parentibus, et quibus ex rebus ad philosophiæ studia sese contulerit, ipse Antigono Gonatæ aperuit. Sciscitante enim eo :

Ede tuum nomen, patriam, genus atque parentes (*b*).

Sentiens Borysthenita se traductum de generis ac gentis ignobilitate, respondit ingenue :

« Pater quidem meus libertus fuit, cubito sese emungens, Borysthenita genere ; » non habens faciem, sed in facie scripturam, acerbissimi domini tesseram. Mater » autem digno conjuncta viro, e lupanari fuit. Deinde pater nescio quid in rem publi-

(*a*) Ὁ δὲ (Ἐρατοσθένης) Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν. Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολύς ἐστι καὶ Βίων, ὅν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν (1).

(*b*) Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες (2);

(1) Strab. lib. 1, pag. 27.

(2) Homer. *Odyss.* A, v. 170; K, v. 325.

» canorum committens, cum tota domo venundatus est. Me adolescentulum (*a*) haud
» invenustum orator quidam emit. Is moriens, mihi omnia reliquit. Cujus ego cre-
» matis libris, omnibusque concerptis, Athenas concessi, ibique philosophatus
» sum.

» Hujus me esse patris, generis me glorior hujus.

» Ista habui quæ de me dicerem. Desinant igitur Persæus et Philonides talia narrare ;
» me autem ex me ipso intuere. »

« Ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, γένος Βορυσθενίτης, ἔχων οὐ πρόσωπον,
» ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου, τῆς τοῦ δεσπότου πικρίας σύμβολον· μήτηρ δὲ, οἵαν ὁ τοιοῦτος ἂν
» γήμαι, ἀπ' οἰκήματος· ἔπειτα ὁ πατὴρ παρατελωνησάμενός τι, πανοίκιος ἐπράθη μεθ' ἡμῶν· καί με
» ἀγοράζει τις ῥήτωρ νεώτερον ὄντα καὶ εὔχαριν· ὃς καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπέ μοι πάντα, κἀγὼ κατακαύ-
» σας αὐτοῦ τὰ συγγράμματα, καὶ πάντα συγξύσας, Ἀθήναζε ἦλθον, καὶ ἐφιλοσόφησα.

» Ταύτης τοι γενεῆς καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι (1).

» Ταῦτά ἐστι τὰ κατ' ἐμέ· ὥστε παυσάσθωσαν Περσαῖός τε καὶ Φιλωνίδης ἱστοροῦντες αὐτά· σκόπει δέ με
» ἐξ ἐμαυτοῦ (2). »

Quod et Stobæus haud multum dissimiliter, sed brevius, sic refert :

» Antigonus rex Bionem philosophum de ignobilitate criminatum interrogavit :

Ede tuum........

» Cui Bion respondit : *Atqui, ô Rex, bene est, cum indiges sagittariis, quod*
» *non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi eligis ;*
» *sic igitur amicos etiam explora, non unde nati, sed qui et quales sint.*

» Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Βίωνα τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα εἰς δυσγένειαν, ἤρετο·
τίς; Πόθεν........

» Κἀκεῖνος εἶπεν· ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐκ ἐρωτῶντα τὸ γένος, ἀλλὰ
» τιθέντα τὸν σκοπὸν, τοὺς ἀρίστους τοξευτὰς παραλαμβάνειν· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε, οὐ
» πόθεν εἰσὶν, ἀλλὰ τίνες (3). »

Qua in nuda commemoratione, non memorat Borysthenita matris suæ genus. Narrat autem Athenæus, ex Nicia Nicæensi, in successionibus philosophorum, Lacedæmoniam hanc fuisse meretricem Olympiam nomine (4).

Frustra sane quæreretur utrum ante peregrinationem meruerit, an tantum cum Borysthenem migrasset; libentius tamen inferrem ego ex verbis Niciæ, jam in Græcia meretricum exercuisse militiam; facileque hinc ad credendum adducerer, Borysthenem navigasse, ut in urbe ditissima ad quam undique conveniebant Græci (5) mercibus eum Scythica gente mutandis, majori pecunia venderet inhonestam voluptatem. Quidquid id est, tali si sub tutela noster adolevisset, nunquam haud dubie in philosophia spectabilis evasisset; casu autem felici venundatus, a rhetore fuit emptus qui, ut opinor, prima ei hujus eloquentiæ qua imprimis claruit postea præcepta tra-

(*a*) Non adhuc sane quindecim annos natum; provectiori enim ætati jam succrevissent *Aristogitones* et *Harmodii*, ut φορτικοῖς ὀνόμασι ipsius utar, qui tyrannidem amoris dissolvebant (6).

(1) Homer. *Iliad.* Z, v. 211.
(2) Diog. Laert. lib. IV. segm. 46, 47.
(3) Stob. *De nobil. serm.* 84, pag. 438, edit. Conr. Gesn.
(4) Athen. lib. XIII, cap. VI.
(5) Dion. Chrysost. *Orat.* XXXVI.
(6) Diog. Laert. lib. IV. segm. 52.

didit, cujusque hæredium viam excolendæ suppeditavit philosophiæ. Divenditis enim bonis quorum post mortem heri sui factus erat possessor, Athenas petivit, ibique ad philosophiam animum applicuit. Cratetem initio audivit academicum; hac vero repudiata secta, pallium et peram arripuit, et cynismo se addixit. Postea cum Theodorum videret omnis generis eruditionem discipulos docentem, eum secutus est. Postremo Theophrasti peripatetici in castra transivit. Magna discendi cupiditate abreptus, per omnes fere philosophorum sectas sic obambulavit, relictis indesinenter meliora appetens, vel apis industria, variis insidens floribus, ut inde fragrantia cogeret mella. Felix, si mellito cum succo venenum simul non expressisset! At ex academicis disputationibus sophisticum disputandi artificium, et hanc calliditatem quæ philosophiam exagitantibus plurimum attulit adjumenti (1), reportavit; ex Cynosarge multa lasciva, contumeliosa et aspera deduxit, et cum Theodoro impius et atheus factus est. Brevi tamen ejus fama per totam increbuit Græciam, ipseque plurimas peragravit urbes, et ubique cum ingenii acie, tum sermonis facilitate admirationem concitavit. Quin etiam Antigonus ille Gonatas, qui, litterarum amans, philosophis doctisque patulas fores præbebat, nostrum in Macedoniam ad se vocatum, summo habuit honore: sed, ut plerumque fit apud principes, morsibus invidiæ Borysthenita obnoxius, calumniisque lacessitus Chalcidem in urbem Macedoniæ concessit (a); ibique in adversam valetudinem incidens, diem obivit. Quo in morbo inconstantiam miram prodidisse dicitur. Cum enim summa inopia eorum quibus opus esset ægroto premeretur, donec ex familia sua duos servulos mitteret Antigonus, ipseque in lectica sequeretur, in anilem superstitionem aiunt delapsum, ligaturas sibi passum esse applicari, et impietatis in deos pœnitentiam egisse, quam in rem eleganti hoc epigrammate in eum lusit Laertius.

Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην, ὃν ἔφυσεν ἡ Σκυθὶς αἶα,
Λέγειν ἀκούομεν θεοὺς, ὡς οὐδέν εἰσιν ὄντως.
Κ' εἰ μὲν τὸ δόγμα τοῦτ' ἔχων ἔμιμνεν, ἦν ἂν εἰκὸς
Λέγειν, φρονεῖν ὅπως δοκεῖ· κακῶς μὲν, ἀλλ' ἔδοξε.
Νῦν (b) δ' ἐς νόσον πεσὼν μακρὰν, καὶ μὴ θάνῃ δεδοικὼς,
Ὁ μὴ θεοὺς εἶναι λέγων, ὁ νηὸν οὐδὲ βλέψας,
Ὁ πολλὰ χλευάσας βροτοὺς, οἵπερ θεοῖς ἔθυον,
Οὐ μοῦνον ἐσχάρης ὕπερ, βωμῶντε καὶ τραπέζης,
Κνίσσῃ, λίπει, θυήμασιν, θεῶν ἔδαισε ῥῖνας,
Οὐδ' εἶπε μοῦνον, Ἤλιτον, σύγγνωτε τοῖς πρὶν, ἀλλὰ
Καὶ γραῒ δῶκεν εὐμαρῶς τράχηλον εἰς ἐπῳδὴν,
Καὶ σκύτεσι βραχίονας πεπεισμένως γ' ἔδησε,
Ῥαμνόντε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρης ἔθηκεν.
Ἅπαντα μᾶλλον, ἢ θανεῖν, ἕτοιμος ὢν ὑπουργεῖν,
Μωρὸς δ' ὃς ἤθελέν τινος μισθοῦ τὸ θεῖον εἶναι,
Ὡς τῶν θεῶν ὄντων, ὅταν Βίων θέλῃ νομίζειν.

(a) Putavit Baylius (2) Chalcidem in Eubœam, quo antea concesserat Aristoteles, concessisse quoque nostrum; at perperam, vectus enim lectica, ut meminit Diogenes, invisum eum ivit Antigonus (3).

(b) Hic νῦν ponitur, ut sæpius, sine significatione temporis, et respondet τῷ *nunc vero* Latinorum.

(1) Diog. Laert. lib. IV. segm. 47.

(2) Bayl. vid. *Bion.*

(3) Diog. Laert. lib. IV. segm. 54.

Τοι γὰρ μάτην φρονῶν, ὅτ' ἦν ἅπας ὁ λέμβος ἄνθραξ (a),
Τὴν χεῖρα τείνας, ὧδέ πως, χαῖρ' εἶπε, χαῖρε Πλουτεῦ (1).

Bionem Borysthenitam quem produxit scythica tellus
Dixisse audimus, deos nihil esse revera.
Ac si quidem dogma illud retinens perstitisset, esset æquum [certe) visum fuit.
Dicere, sensisse ut videbatur (illi) : (dicere) prave quidem (visum fuit), sed (sic
At vero quum in morbum incidisset longum, ac ne moreretur timuisset,
Qui non deos esse dicebat, qui fanum neque introspexerat,
Qui sæpe illuserat mortalibus, qui diis immolabant,
Non solum foco super altaribusque et mensa,
Nidore, adipe, victimis deorum explevit nares,
Neque dixit solum, peccavi, parcite pristinis (delictis), sed
Et anui dedit libenter collum ad incantationem,
Et loris brachia persuasus devinxit,
Rhamnumque et ramum lauri hyperthyro imposuit,
Cuncta potius quam mori paratus subire,
Demensque qui voluit alicujus mercedis (causa) numen esse,
Quasi dii existant, cum Bion voluit credere (illis).
Ergo incassum pius, quando erat totus lembus carbo,
Manum tendens, sic ferme salve, dixit, salve, Pluto.

Ridenda quidem superstitio, in quam tamen summos accepimus incidisse viros, Periclem (2) et Tullum Hostilium (3).

Forma fuit eleganti, rebus simul acutus, orationeque magnificus, adeoque omni dicendi genere varius, ut Eratosthenes judicaret primum eum veste florida philosophiam ornasse (4). Versuum item in alium sensum imitandorum peritissimus. Quos olim Homericos :

Ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον.....(5)
Ἦ σὺ Πηλείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν.....(6)

sic detortos in quemdam Archytam convertit :

Ὦ πίπων Ἀρχύτα, ψαλληγενές, ὀλβιότυφε,
Τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν.....(7)

Philosophus interdum, sophista sæpius, risus movendi curiosior, fastus amans, auræque populari nimium serviens. Rhodi enim, stupete! nautis persuasit ut, induta scholari veste, gymnasium ingrederentur, sibique oranti nova hæc assideret discipu-

(a) Λέμβος hic, si Mer. Casaubono credamus, dictum fuit pro λέμος, id est, ex Hesychio, λάρυγξ et φάρυγξ, inserto τῷ β, ut sæpe fit, præcipue ante μ; quodque solent fauces ulceribus uri, non improprie mali ardorem ἄνθραξ poeta nuncupavit. Parum felix, fateor, mihi videtur emendatio, placetque nihilum immutari. Quid enim sibi Diogenes voluit? Incassum post vitam in impietate transactam, resipuisse Bionem proximo cum conflictaretur periculo. Porro potuisset-ne, quæso, vividius hoc imminens periculum eloqui, quam metaphora utendo, a vectore sumpta, qui in navigio deprehenditur jam toto flammis incenso? (8)

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 55-6-7.
(2) Plutarch. *Pericl.* pag. 173.
(3) Tit. Liv. lib. I, decad. I.
(4) Strab. lib. I, pag. 27.
(5) Hom. *Iliad.* Γ, v. 180.
(6) Hom. *Iliad.* Α, v. 146.
(7) Diog. Laert. lib IV, segm. 52.
(8) Mer. Cas. *in Diog. Laert.* segm. 57. ed. Var.

lorum corona (1). Ad notandos hominum mores præcipuus; sed asper et maledicus, undè Horatiani versus:

> Carmine tu gaudes; hic delectatur iambis;
> Ille Bioneis sermonibus, et sale nigro (2).

Liberis conviciis appetens non solum rhetores, grammaticos, hariolos (3); sed etiam philosophos summa reverentia colendos. Maculam enim haud levem aspersit famæ, fœdos amores objiciendo Socrati; quanquam heu! ut observavit vir illustrissimus Græcarum litterarum in Gallia μέγα αὔχημα, hæc fuerit tunc vel summorum virorum conditio: « ingenio humanitatem superabant; ac rursus cum tetra libido venas inflaret, infra pecora ipsa se deprimebant (4) ». Sed hic minus socraticos quam proprios mores fassus; audivimus enim solitum eum fuisse adolescentes sibi adoptare, ut eis et ad voluptatem abuteretur, et ab eorum benevolentia protegeretur (5). Parcus etiam deorum cultor et infrequens, imo Ἄθεος, ut vidimus, habitus est. De atheismo tamen, fateor equidem, malo ἐπέχειν, quam fidentius pronunciare: aliis enim argumentis quam vulgi rumoribus quibus Diogenes tribuit, probandus esse videtur, præsertim cum videam pro atheis inter Græcos, ut exemplo constat Anaxagoræ et Socratis, habitos fuisse, quicunque a communi religione dissentirent, futilemque sacerdotum theologiam improbarent. Sed et sui vehementer amans fuit, semperque illi in ore erat amicorum cuncta communia (a); idcirco et nemo illius discipulus inscribitur, cum tot habuerit auditores. Complura reliquit commentaria (6) et diatribas conscripsit quæ desiderantur (7). Sed ejus multa pervenerunt ad nos apophthegmata variis ab auctoribus memorata, quorum quædam eleganter, acute et prudenter prolata; quædam obscena, impietatem redolentia, atroque carbone notanda; pauca frigide dicta; nulla lenia, bonique stomachi. Mox ea quæcunque supersunt exponemus; sed ante non abs re videtur cæteros qui nomine Bionis appellati sunt recensere.

Plures inter veteres memorantur hujus nominis.

Primus, Proconesi natus, ætate vixit Pherecydis Syrii, circa olympiadem LIV, condiditque libros de philosophia morali. Auctor est Clemens Alexandrinus res gestas veteris Cadmi eum transcripsisse, atque in compendium redegisse (8). Antiquitus, ut vides, laborarunt epitomarii funesta hac breviandi prurigine, quæ tot integra delevit opera. Secundus, Syracusanus, de arte rhetorica scripsit. Tertius, Smyrnæus, bucolica modulatus in quibus gratiæ omnes efflorescunt; vixit circa olympiadem CXXII. Quartus, ex Democriti familia, Abderita, mathematicis scientiis deditus, qui attica pariter

(a) Πολὺς ἐγκείμενος τῷ κοινὰ τὰ φίλων. Τὸ πολὺς ἐγκείμενος non hic significat ex Mer. Casaubono semper jactitabat, ut reposuimus; sed sæpius adversabatur; alioquin enim, subjicit, nequaquam dictum κοινὰ τὰ φίλων convenire videretur ei qui φίλαυτος fuisse ἰσχυρῶς ante perhibetur. Si consideretur tamen verbi usum in hanc sententiam esse rarum, dictumque conciliari posse cum φιλαυτίᾳ, quisque sane nostras tuebitur partes; atqui sic se res habet. Quo enim effato, maxima noster inopia laborans, nulla reipsa spondebat consortia bona; dum in partem cum amicis fortunæ ipsorum veniret (9).

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 53.
(2) Horat. *Epist.* lib. II, 2.
(3) Diog. Laert. lib. II, segm. 135.
(4) Boissonade, *Theogn. præfat.* pag. 12.
(5) Diog. Laert. lib. IV, segm. 53.
(6) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.
(7) Diog., lib. II, segm. 77.
(8) Clemens. Alex. *Strom.* lib. VI.
(9) Diog. Laert. lib. IV, segm. 53, edit. verior.

dialecto scripsit et ionica; primus dixit esse partes orbis habitabilis, in quibus sex mensibus dies, totidemque nox perpetua obtineat; memoratur a Strabone (1) vixitque ante Eratosthenem. Quintus fuit Borysthenita noster. Sextus, Solensis cognominatus, conscripsit Æthiopica. Meminit Athenæus (2) testimonioque ejus utitur Plinius, inter eos annumerans qui mensutam Æthiopiæ tradiderunt (3); unus e scriptoribus rei rusticæ a Varrone recensetur (4), idemque videtur esse cujus mentionem fecere Plutarchus (5) et Agathias (6). Septimus, rhetoricus, cujus feruntur libri novem musarum inscripti nomine. Octavus, lyricus poeta. Nonus, Milesius sculptor, de quo nihil præterea accepimus. Decimus, poeta tragicus ex his qui Tarsici dicuntur (7). Undecimus, sculptor Clazomenius. Ignotus etiam ille *ἀγαλματοποιός*. Duodecimus, Cæcilius cognominatus, scripsit de potestatibus herbarum usuque medendi; cujus meminit Plinius (8).

BIONIS APOPHTHEGMATA.

Cupivissem equidem Borysthenitæ dicta disponere, prout cujusque natura expostulare videbatur. Fretus autem exemplo Plutarchi et Erasmi, qui sub *Apophthegmatum* nomine multa collegere quæ mallet alias dicere *σκώμματα*, *λοιδορίας*, *ἀστεῖα*, sive *γελοῖα*; haud immemor insuper in his distinguendis M. Tullium, et Quintilianum, doctissimos certe viros, frustra insudasse, non arbitratus sum ego operam de titulo anxie sumendam, et omnia quæ potui reperire Borysthenitæ dicta, sub communi apophthegmatum nomine sum amplexus. Quæ potui, inquam, densissimam enim scriptorum omnis generis sylvam licet pererraverim, ambages ac labyrinthos evolverim, minima Bionis vestigia sedulus circumspiciens, forsan tamen nonnulla oculos effugere apophthegmata. Quod si autem res ita se habeat, veniam me confido a viris impetraturum considerantibus quam sit molestus talis colligendi labor, quantique otii gemmas in arenis marive quærere.

Ὁ Βίων ἀπείκαζε τοὺς (κολακευομένους) ἀμφορεῦσιν ὑπὸ τῶν ὤτων ῥᾳδίως μεταφερομένοις (9).

Bion assimilabat eos (qui se sinunt adulari) amphoris duabus ansis (auribus) facile translatis.

Sophista, ni fallor, ludit in voce *ὦτα*. Dicuntur enim *ὦτα* proprie aures; metaphorice autem ansæ vasis, quod ad aurium imitationem primum fictæ fuere. Unde a Græcis *διώτη*, a Latinis diota, vas vinarium duas habens ansas appellatum.

Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota (10).

Quemadmodum igitur amphoræ facile feruntur ansis (*ὠσὶ*) prehensæ; sic auribus (*ὠσὶ*) stulte decepti qui adulatores admittunt, ad nutum istorum quocumque facile circumducuntur. A laudibus enim, ut ibidem Plutarchus, quas importuni isti in nos conferunt, prorsum adulterinas, cavendum est summo studio, ne porcorum in morem pruritu et titillatione deliniti patiamur nos tractari ex istorum animi sententia, dejicique ultro inclinantes : nihil enim

(1) Strab. lib. I.
(2) Athen. lib. XIII, cap. II, lib. II, cap. VI.
(3) Plin. lib. VI, cap. XXIX.
(4) Varr. *De re rust.* lib. I, cap. I.
(5) Plut. *Vit. Thes.*
(6) Agath. *Hist.* lib. II.
(7) Casaub. *De sat. poes.* lib. I, cap. V.
(8) Plin. lib. XVII, cap. XIII.
(9) Plutarch. *De vit. pud.* pag. 536.
(10) Horat. od. IX, lib. I.

differunt ab his qui crura prosternere volentibus porrigunt, qui aures adulatoribus præbent, nisi quod turpius subvertuntur atque cadunt.

Jure itaque aiebat Socrates :

Θηρεύουσι τοὺς μὲν κυσὶ τοὺς λαγωοὺς οἱ κυνηγοί, τοὺς δ' ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ πολλοί (1).

Et Cicero :

« Cavendum ne assentatoribus patefaciamus aures, et ne adulari nos sinamus; in quo falli « facile est; tales enim nos esse putamus, ut jure laudemur : ex quo nascuntur innumerabilia peccata (2). »

Ὁ Βίων ἔλεγεν ὅτι, εἰ τὸν ἀγρὸν ἔμελλεν ἐγκωμιάζων, εὔφορον ποιεῖν, καὶ εὔκαρπον, οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν ἐδόκει τοῦτο ποιῶν, μᾶλλον ἢ σκάπτων καὶ πράγματα ἔχων· οὐ τοίνυν οὐδ' ἄνθρωπος ἄτοπος ἂν εἴη ἐπαινῶν, εἰ τοῖς ἐπαινουμένοις ὠφέλιμός ἐστι καὶ πάμφορος (3).

Bion dicebat: *Si quis agrum redditurus esset laudando fertilem et frugiferum, non errare videretur, si hoc potius ageret quam foderet ac enixe laboraret; proinde nec homo faceret inepte laudando, si iis quos laudaret, utilis esset ac fructuosus* (a).

Quod stulte ac fatue dictum Plutarcho videtur, *εὐήθη καὶ ἀβέλτερα τὰ τοῦ Βίωνος............ ὁ μὲν γὰρ ἀγρὸς οὐ γίνεται χείρων ἐπαινούμενος· ἀνθρώπους δὲ τυφοῦσι καὶ ἀπολλύουσιν οἱ ψευδῶς καὶ παρ' ἀξίαν ἐπαινοῦντες.* Ager quidem enim non fit deterior laudando; hominem autem inflant ac perdunt qui immerito laudant.

Verum adversus Plutarchi reprehensionem sic Baylius dicterium tuetur : « L'impertinence « que Plutarque trouve dans ce raisonnement, est qu'un champ à qui on donnerait des louanges « n'en deviendrait pas plus mauvais, au lieu que les louanges qu'on donne à un homme qui ne « les mérite point, le remplissent de vanité et le perdent. Cette censure de Plutarque tombe « à faux, car Bion ne disait pas simplement et absolument qu'il fallût louer, il faisait dépendre « les louanges de cette condition-ci : c'est qu'elles rendraient meilleurs ceux qu'on louerait (4). »

Πρὸς τὸν τὰ χωρία κατεδηδοκότα, τὸν μὲν Ἀμφιάραον, ἔφη, ἡ γῆ κατέπιε, σὺ δὲ τὴν γῆν (5).

Ad eum qui agros suos devoraverat, Amphiaraum quidem, inquit, terra absorbuit, tu vero terram.

Amphiaraus, Argivus augur, timens ne ad bellum Thebanum proficisci cogeretur, sese absconderat. Detectus vero uxoris proditione munusculo devictæ, ut cecinit Homerus (6), Thebas petivit, ibique, ut arte prædixerat sua, periit, telluris cum curru et bigis hiatu haustus, quod a plurimis vulgatum fuit scriptoribus; a Pindaro (7), à Statio (8), Strabone (9), Plutarcho (10) et Apollodoro (11).

(a) Merito reprehendit Baylius hujus loci interpretem latinum Xylandrum et Gallicum Amyotum, qui non videntes Bionis dictum ab *εἰ τὸν ἀγρὸν......* usque ad *πάμφορος* pertinere, gravissimum in errorem inciderunt (12).

(1) Stob. *Serm. de adul.* pag. 127.
(2) Cic. *De offic.* lib. I.
(3) Plutarch. *De adul. et amic. disc.* pag. 59.
(4) Bayl. vid. *Bion.*
(5) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.
(6) Homer. *Odyss.* O, v. 246-7.
(7) Pind. *Nem.* od. IX.
(8) Stat. *Theb.* lib. VII.
(9) Strab. lib. IX, pag. 278.
(10) Plut. *Parall.* pag. 305.
(11) Apollod. lib. III, cap. VI, § 8.
(12) Bayl. l. c.

Πρὸς τὸν ἀδολέσχην λιπαροῦντα συλλάβεσθαι αὐτῷ, τὸ ἱκανόν σοι ποιήσω, φησὶν, ἐὰν παρακλήτους πέμψῃς, καὶ αὐτὸς μὴ ἔλθῃς (1).

Ad garrulum obsecrantem ut opem ferret sibi, satis tibi faciam, inquit, si internuntios miseris, et ipse non veneris.

Vere, facete et suaviter ! Misere enim enecant nugatoriæ confabulationes istæ, molesta hæc garrulitas. Itaque Apollonius aiebat :

Οἱ κράτιστοι τῶν ἀνθρώπων, βραχυλογώτατοι· οἱ οὖν ἀδολέσχαι, εἰ ἠνίωντο ὡς ἀνιῶσιν, οὐκ ἂν ἐμακρηγόρουν (2).

Eadem in locutuleios mens erat Theocriti :

Θεόκριτος ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ἀδολέσχου, ὅπου αὐτὸν αὔριον ὄψεται· ὅπου, ἔφη, ἐγώ σε οὐκ ὄψομαι (3).

Πρὸς τὸν βάσκανον ἐσκυθρωπακότα, οὐκ οἶδα, ἔφη, πότερόν σοι κακὸν γέγονεν, ἢ ἄλλῳ ἀγαθόν (4).

Invido cuidam mærore animi dejecto, nescio, inquit, utrum tibi malum contigerit, an alteri bonum.

Invidia enim quam eleganti voce Græci appellarunt *ἐπιχαιρεκακίαν*, res prosperas alterius videndo tabescit.

Invidus alterius rebus macrescit opimis (5).

Dum gaudeat, exultet alieno infortunio æque ac propria felicitate, imo magis, ex Theophrasto :

Θεόφραστος ἔφη τοὺς μοχθηροὺς τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς ὡς ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς (6).

Parum dissimili modo dictum idem Bionis retulit Stobæus :

Βίων ὁ σοφιστὴς ἰδὼν φθονερὸν σφόδρα κεκυφότα, εἶπεν· ἢ τούτῳ μέγα κακὸν συμβέβηκεν, ἢ ἄλλῳ μέγα ἀγαθόν (7).

Bion sophista cum vidisset invidum vultu prorsus in terram dejecto dixit : Aut huic magnum malum accidit, aut alteri magnum bonum.
Quod Publio cuidam adscribit Eustathius, apud Macrobium (8).

Ὁ Βίων ἔλεγε τὰ παιδάρια παίζοντα τῶν βατράχων τοῖς λίθοις ἐφίεσθαι, τοὺς δὲ βατράχους μηκέτι παίζοντας, ἀλλὰ ἀληθῶς ἀποθνήσκειν (9).

Bion dicebat pueros in modum lusus ranas lapidibus petere ; ranas autem non in modum lusus, sed vere serioque mori.

Ingeniose monebat philosophus eum qui ludit, et se oblectat, qui una ludant atque se oblectent socios habere debere. Ludicram igitur hanc crudelitatem, nostris etiam temporibus nobilitatis bullam, venatorum notabat, bestiarum cruciatibus et mortibus, aut iis miserabiliter a pullis catulisve abreptis gaudentem. Non enim injuste faciunt qui utuntur animalibus ; sed ii qui hoc faciunt damnose, contemptim et cum crudelitate.

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 50.
(2) Stob. *Serm. de garrul.* pag. 212.
(3) Stob. *Serm. de taciturn.* pag. 215.
(4) Diog. Laert. lib. IV, segm. 51.
(5) Horat. *Epist.* lib. I, 2.
(6) Stob. *Serm. de invid.* pag. 127.
(7) Stob. *Serm. id. ibid.*
(8) Macrob. *Saturn.* lib. II, cap. II.
(9) Plutarch. *De solert. anim.* pag. 965.

Ὁ Βίων ἔλεγε μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, εἰ μὴ πλακοῦντα γενόμενον ἢ Θάσιον (1).

Bion dicebat non posse aliquem vulgo omnibus placere, nisi placenta fieret, aut Thasium (viuum).

Quod, ut mihi videtur, ait Dion Chrysostomus, dictum fatue.

Πολλάκις γὰρ οὐδ' ἐν δείπνῳ δέκα ἀνθρώπων, ὁ πλακοῦς ἤρεσε πᾶσιν, ἀλλ' ὁ μὲν ἕωλον εἶναί φησιν, ὁ δὲ θερμὸν, ὁ δὲ λίαν γλυκὺν, εἰ μὴ, νὴ Δία, Βίων φησὶν, ὅτι καὶ θερμὸν πλακοῦντα, καὶ ἕωλον δεῖ γενέσθαι, καὶ ψυχρόν.

Εὐήθως quidem, fateor, dixisset Bion, si inter tam paucos convivas tot extitissent, ut asserit Dion, placentam fastidientes : sic enim non tantum claudicasset comparatio, sed a fundamentis, nulla innixa veritate, corruisset. Si contra autem apud antiquos, frequentissima vel in discumbentium turba, plerisque, ne dicam omnibus, placenta placuit, præsertim cum Paria (a) aut Samia (b) esset, fatendum erit, adversus Dionis sententiam, vera ingeniosaque comparatione facete Bionem usum esse. Atqui in hoc genere cupediarum gulæ deditos generatim homines olim fuisse deprehensos, testes adsunt certissimi,

Horatius, de Porcio narrans :

.... Porcius infra
Ridiculus totas simul absorbere placentas (2).

Seneca ad Lucilium scribens :

« Amicos incolumes cogitare, melle ac placenta frui est (3). »

Hieronymus ad Marcellam :

« Non sunt suaves epulæ quæ non redolent placentam (4). »

Vinum autem Thasium quanti fuerit æstimatum ab antiquis luculenter notum facient,

Plautus in Pœnulo :

Ubi tu Leucadio, Lesbio, *Thasio*, Coo,
Vetustate vino edentulo ætatem irriges (5).

Plinius, vina generosissima recensens :

« In summa gloria, post Homerica illa, fuere *Thasiumque* Chiumque (6). »

Apuleius in Apologia :

« Olitori et cauponi merito est concessum, olus et vinum ex nobilitate soli commendare : *vinum Thasium*, olus Phlyasium; quippe illa terra alumna multum » ad meliorem saporem juverit (7). »

Et Athenæus, hos referens versiculos :

Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοὶ
Στρώμασιν ἐν μαλακοῖς· Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον,
Καὶ ΘΑΣΙΟΝ *τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή* (8).

Nou fatue igitur jocatus est Borysthenita; imo lepide.

(a) Paros insula duo præstantissima ferebat, ut testatur Alexis apud Athenæum :

Κίονας μὲν μακάρεσσι λίθον, θνητοῖς δὲ πλακοῦντας (9).

(b) Excellere quoque Samias placentas Sopater apud eumdem sic inquit :

Πλακουντοποιὸν ὀνομασμένην Σάμον (10).

(1) Dion. Chrysost. *Orat.* LXVI, pag. 612.
(2) Horat. *Satyr.* II, 8.
(3) Senec. *Epist.* VIII, 83.
(4) Hieron. *Epist.* I, 44.
(5) Plaut. *Pœn.* act. III, sc. III, v. 85, 87.
(6) Plin. lib. XIV, cap. 7.
(7) Apul. *Apol. prim.* pag. 148, edit. Basil.
(8) Athen. lib. I, pag. 29.
(9) Athen. lib. XIV, pag. 644.
(10) Athen. l. c.

Τὴν δὲ οἴησιν ἔλεγε προκοπῆς ἐγκοπήν (1).

Elationem esse asserebat profectus impedimentum.

Quem enim stulta inflat arrogansque sui existimatio, hic sibi quovis alio doctior videtur, docilemque magistro aurem erubesceret præbere.

Aliud apud Stobæum profectus impedimentum assignat Borysthenita :

Βίων ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἄνοια, εἶπε προκοπῆς ἐμπόδιον (2).

Bion interrogatus quid esset stultitia dixit profectus impedimentum. Forsan pro ἄνοια melius esset reponere ἡ οἴησις. Minus enim est profectus impedimentum stultitia, quam mera mentis ademptio (α, νοῦς); porro ut de ea recte dici posset impedimentum esse, necessarium foret, non auferre omnino, sed tantum progressuræ menti obstare. Quod enim tollitur non sistitur.

Ἐν Ῥόδῳ τὰ ῥητορικὰ διασκούντων Ἀθηναίων, τὰ φιλοσοφούμενα ἐδίδασκε. Πρὸς οὖν τὸν αἰτιασάμενον ἔφη· Πυροὺς ἐκόμισα, καὶ κριθὰς πωλῶ (3);

Rhodi ad oratoriam artem sese exercentibus Atheniensibus, philosophiam ipse docebat. Reprehendenti igitur id dixit : frumentum attuli, et hordeum vendam ?

Merito sane quidem philosophiam appellans frumentum. Digne enim hominis alimentum diceris, « O vitæ philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum. Quid hominum » vita sine te esse potuisset? . . . . Tu eos primo inter se domiciliis, deinde conjugiis, tum litte- » rarum et vocum communione junxisti; tu inventrix legum; tu magistra morum et disci- » plinæ fuisti (4). »

Durius autem ambitiosiusque rhetoricam artem hordeo assimilans, pabulo solis congruo jumentis, hominumque prorsus indigno. « Non enim obsunt reipublicæ hæc dicendi studia, » sed prosunt; non comprimunt, sed constituunt; non evertunt, sed erigunt : nam si nulla » essent, nihilominus improbi perversique homines, ac tanto magis quanto se tueri ora- » tione boni non possent, rebus nocerent (5). »

At non semel nimis arroganter philosophi, imprimisque cynici, facultatem oratoriam allatraverunt. « Diogenes enim in caupona prandens, Demosthenem forte prætereuntem » invitavit ut accederet. Id cum ille pudore recusaret : Erubescis, inquit, Demosthenes, can- » ponam ingredi? atqui hic herus tuus quotidie versatur (6). »

Innuebat autem κύων rhetores nihil aliud esse quam populi mancipia.

Ἀστείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι, ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις· οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυνάμενοι κατατυχεῖν, ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις, ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι (7).

Urbane etiam Bion dixit philosophus, sicut proci cum Penelope congredi qui non potuissent, cum ejus rem habuissent ancillis (*a*); ita et qui philoso-

(*a*) . . . . αἱ δ' ἐκ μεγάροιο γυναῖκες
Ἤϊσαν, αἳ μνηστῆρσιν ἐμισγέσκοντο πάρος περ,
Ἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι (8).

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 50.
(2) Stob. *Serm. de imprud.* pag. 37.
(3) Diog. Laert. lib. IV, segm. 49.
(4) Cic. *Quæst. Tusc.* lib. V, cap. II.
(5) Cic. *De nat. Deor.* lib. II, cap. LIX.
(6) Ælian. *Var. hist.* lib. IX, cap. XIX.
(7) Plut. *De lib. educ.* pag. 7.
(8) Hom. *Odyss.* Υ, v. 6 et sqq.

phiam nequibant apprehendere, in aliis disciplinis nullius pretii sese conterere.

Laodatur, ut patet, a Plutarcho Borystheuita, non modo reliquorum studiorum qoasi caput et summam constituisse philosophiam, sed et cæteras maximo habuisse contemptu disciplinas, *παιδεύματα οὐδενὸς ἄξια*. Quem fateor nunquam ego laudaverim (quod Chæronensis philosophi pace dictum sit) illiberali comparatione usum foisse, parumque gravitati philosophicæ respondente, tantaque superbia plurimas utilitate disciplinas, aut oblectamine commendandas artes despexisse. Jam enim, eloquentissimo oratorum verba sufficiente Tullio, oratoriam artem celebravimus. Quid de poetica, quam præclarissimi viri miro quodam coluerunt honore? Quid de medicina, quæ corpori sanitatem concilict? Quid de pictura, de musice, quas si cum philosophia non æquiparem, res saltem nullius pretii nunquam appellaverim? At noster ipse, oonne clare se aliquantuli rhetoricam facere professus est, cum, ut vidimus, ob eloquentiæ suavitatem effecit, ut Eratostheues eum judicaret primum veste florida philosophiam ornasse?

Βίων ἔλεγε τοὺς γραμματικοὺς ζητοῦντας περὶ Ὀδυσσέως πλάνης, μὴ ἐξετάζειν τὴν ἰδίαν, μηδὲ καθορᾶν, ὅτι καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ πλανῶνται, ποιοῦντες περὶ τὰ μηδὲν χρήσιμα (1).

Bion aiebat grammaticos inquirentes Ulyssis errores, non animadvertere suos, neque videre se eodem modo quo ille errare, dum exhauriunt vanos labores.

Non immerito certe tales ootabat otiosos, anxia subtilitate disquirentes Laertiadis circa littora flexus erraticos, varios ad insulas appulsus, de singulis rupibus ad quas allisa fuerit ejus navis, graviter in consilium euntes; mille denique res circa quas parum forsan ipse curaverit Homerus, frustra insudantes: vere enim labor iste vocandus iners otium.

Βίων ἔλεγε γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας, οἳ τοὺς παρ' ποσὶ τοὺς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἰχθῦς οὐ βλέποντες, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ φάσκουσιν εἰδέναι (2).

Bion aiebat maxime ridiculos esse astronomos, qui juxta se in littoribus pisces non videntes, illos qui in cælo (sint] dicant se videre.

Simili dicterio Thaletem ancilla sic insectata erat:

Θαλῆν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁρῶντα, καὶ ἐμπίπτοντα εἰς τὸ βάραθρον, ἡ θεράπαινα, Θρᾷττα οὖσα, δίκαια παθεῖν, ἔφη· ὃς τὰ παρὰ ποσὶν ἀγνοῶν, τὰ ἐν οὐρανῷ ἐσκόπει (3).

Et de naturam speculantibus generatim jactabat Pindarus:

Τοὺς φυσιολογοῦντας, ἀπλῆ σοφίας καρπὸν δρέπειν (4).

Χάριεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θέογνιν λέγοντα·

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος, οὔτε τι εἰπεῖν
Οὔθ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται (5).

(1) Stob. *Serm. de imprud.* pag. 35.
(2) Stob. *Serm. de Diis*, pag. 420.
(3) Plat. *Theæt.*
(4) Stob. *Serm.* l. C.
(5) Theog. v. 177-79.

Πῶς οὖν σὺ πένης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα, καὶ καταδολεσχεῖς ἡμῶν (1);

Elegans et illud Bionis in Theognidem dicentem (*a*):

Omnis enim vir paupertate domitus, neque quidquam dicere,
Neque facere potest; lingua vero ei ligata est.

Quomodo igitur tu pauper cum sis nugando tam multa et garriendo nos obtundis?

Lucianus et excusationes præripiens quibus spontaneam servitutem *οἱ ἐπὶ μισθῷ συνόντες* solent obtexere, illud gnoma reprehendit. Plerique, inquit, rerum necessariarum inopiam proponunt, quiddamque ignoscendum putant facere, cum id quod in vita molestissimum, nempe paupertatem, effugiant. Postea in promptu Theognidis:

Πᾶς γὰρ ....

Καὶ ὅσα ἄλλα δείγματα, subjicit Lucianus, *ὑπὲρ τῆς πενίας οἱ ἀγεννέστατοι τῶν ποιητῶν ἐξενηνόχασιν* (2).

Antisthenes ipse, Theognidis eumdem hunc locum emendans, poetam aiebat pro,

Χρὴ πενίαν φεύγοντα.........

Multo rectius dicturum fuisse:

Χρὴ κακίαν φεύγοντα...........(3)

Theognidem autem si de saxo dejiciamus, dejiciendi quoque erunt innumeri alii poetæ, qui laudibus divitias extulere, paupertatemque diris devovere. Inter quos Hesiodus de patre suo loquens qui, Cume Æolide relicta, in Bœotiam venit.

Οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον,
Ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι (4).

Solon:

Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν: .... (5).

Quin imo te ipsum, ô Borysthenita, aliqua prosequemur vituperatione qui dixeris divitias nervos esse rerum.

At magis placet, jurique consentaneum dicere videtur, te severius fortassis æquo culpasse, sapientiusque suasurum fuisse Theognidem, si, ut Isocrates Demonico, præcepisset:

Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, δυοῖν ἕνεκεν, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ῥᾳδίως ἐκτῖσαι, καὶ τοῦ φίλῳ σπουδαίῳ δυστυχοῦντι βοηθῆσαι. Πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον, μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὴν ἀγάπα (6).

Τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων (ἔλεγε) (7).

Divitias nervos rerum (esse aiebat).

Primum illud usurpasse Cleomenem auctor est Plutarchus: *ἀλλ' ὁ πρῶτος τὰ χρήματα, νεῦρα τῶν πραγμάτων προσειπών*....... (8).

Verum et alii ante nostrum vulgaverunt, ut Thucydides (9), Demosthenes (10), et inter posterioris ævi scriptores, eadem usi sunt sententia Cicero (11) et Florus (12).

(*a*) Hic Baylius Plutarchum incuriæ arguit:
« Comme il s'agit ici, dit-il, d'un Théognis qui a vécu long-temps avant notre Bion, on ne saurait dis-

(1) Plutarch. *De lib. educ.* pag 22.
(2) Luci. *De merc. cond.* pag. 938, ed. Bourd.
(3) Plutarch. *De Stoic. repug.* pag. 1039.
(4) Hesiod. *Oper. et dies*, v. 635.
(5) Sol. v. 7.
(6) Isocrat. *ad Demon.*
(7) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.
(8) Plutarch. *Vit. Cleom. et Ages.*
(9) Thucyd. lib. II, cap. XIII.
(10) Demosth. *Olynth.* I.
(11) Cic. *pro leg. Manil.* cap. VII.
(12) Flor. *Hist.* lib. III, cap. XIII.

Βίων ἔφη· τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἡ τύχη οὐ δεδώρηται, ἀλλὰ δεδάνεικεν (1).

Bion dixit : divitias divitibus fortuna non dedit, sed mutuo dedit.

In eumdem sensum dixerat Theocritus :

Τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων ἔλεγεν ἐπιτρόπους εἶναι, ἀλλὰ μὴ δεσπότας τῶν χρημάτων (2).

Βίων ἔλεγεν· ὥσπερ τὰ φαῦλα τῶν βαλαντίων, κἂν μηδενὸς ἢ ἄξια, τοσούτου ἐστὶν ἄξια, ὅσον ἐν ἑαυτοῖς τὸ νόμισμα ἔχουσιν· οὕτω καὶ τῶν πλουσίων τοὺς οὐδενὸς ἀξίους, καρποῦσθαι τὰς ἀξίας ὧν κέκτηνται (3).

Bion aiebat : *Quemadmodum vilia marsupia, quanquam nullius sint pretii, tanti æstimantur, quantum in se numismatis continent; ita et divites homines nihili, fruuntur æstimatione (bonorum) quæ possident.*

Σοφῶς! Divitem enim solis spectandum opibus non immerito dicas ovis similem esse vellere aurato. Quam autem pretiosam pellem si semel detraxeris, quid super erit ? Pecus iners.

Βίων ἔλεγε καταγελάστους εἶναι τοὺς σπουδάζοντας περὶ πλοῦτον, ὃν τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖται (4).

Bion aiebat *ridiculos esse operam dantes divitiis, quas fortuna quidem porrigit, illiberalitas autem servet, benignitasque auferat.*

Ὃν τύχη μὲν παρέχει. Sed porrigit etiam fortuna corporis pulchritudinem, membraque vegeta, et tamen nemo sanus talia fortunæ munera respuit. Ἀνελευθερία δὲ φυλάττει. Sed, ut testatur experientia, conciliantur opes cum generosa munificentia; alioquin nemo nisi avarus dives esset. Χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖται. Partem quidem divitiarum, sed non totas absumit divitias benignitas : et pars illa quam large rependitur! quam puræ manant ex illo fonte voluptates! possumus igitur divitiis operam dare, nec ideo καταγέλαστοι haberi.

Εἴ τις βούλεται, ἢ αὐτὸς ἐνδείας καὶ σπάνεως ἀπολυθῆναι, ἢ ἄλλον παραλῦσαι, μὴ χρήματα αὐτῷ ζητείτω. Ὅμοιον γάρ, φησὶν ὁ Βίων, ὡς εἴ τις τὸν ὑδρωπικὸν βουλόμενος παῦσαι τοῦ δίψους, τὸν μὲν ὕδρωπα μὴ θεραπεύοι, κρήνας δὲ καὶ ποταμοὺς αὐτῷ παρασκευάζοι· ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον πίνων διαῤῥαγείη, ἢ παύσοιτο τοῦ δίψους (5).

Si quis velit, seu ipsemet ab indigentia et penuria liber fieri, seu alium liberare, pecunias sibi ne quærat. Similiter enim, ait Bion, faciet ac si quis

« celui par Plutarque; car s'il a parlé de ce Bion, il a été un fort mauvais chronologue, et s'il a parlé d'un « autre Bion, il a eu grand tort de ne pas le faire savoir. Je ne sais si quelqu'un a jamais pris garde à cette « faute (6). » Sed male, ni fallor; vulgo enim auctorem quasi viventem inducimus et alloquimur, dum verba ejus confutamus.

(1) Stob. *Serm. de prosper.* p. 483.
(2) Stob. *Serm. de parcit.* p. 133.
(3) Stob. *Serm. de laud. divit.* p. 448.
(4) Stob. *Serm. de vitup. divit.* p. 450.
(5) Stob. *Serm. de comp. paup. et divit.* p. 453.
(6) Bayl. Vid. *Bion.*

hydropicum a siti soluturus, morbum quidem non curet, fontes vero et fluvios ei ministret : nam ille prius bibendo rumpetur, quam sitire desinat.

Quare, subjicit Teletes, cujus ex commentario Bionis deprompsimus dictum, si volueris tuum filium ab indigentia removere, noli ipsum ad Ptolomæum mittere, ut pecunias acquirat; aliter arrogantiam insuper acquiret, nihil autem proficiet; verum ad Cratetem, qui homines insatiabiles ac sumptuosos reddere potuit liberales, frugi et simplices. Assimilabat quoque Diogenes avaros hydropicis.

Διογένης ὡμοίου τοὺς φιλαργύρους τοῖς ὑδρωπικοῖς. Ἐκείνους μὲν γὰρ πλήρεις ὄντας ἀργυρίου, ἐπιθυμεῖν πλείονος· τούτους δ' ὕδατος· ἀμφοτέρους δὲ πρὸς κακοῦ, ἐπιτείνεσθαι γὰρ μᾶλλον τὰ πάθη, ὅσῳ τὰ ἐπιθυμούμενα πορίζονται (1).

Ἔλεγεν ὁ Βίων· εἰ λάβοι φωνὴν τὰ πράγματα, ὃν τρόπον καὶ ἡμεῖς, καὶ δύναιτο δικαιολογεῖσθαι, οὐκ ἂν εἴποι ἡ πενία· Ἄνθρωπε, τί μοι μάχῃ; ὥσπερ οἰκέτης τὸν κύριον ἐφ' ἱερὸν καθίσας, δικαιολογεῖται, τί μοι μάχῃ; μή τι σοι κέκλοφα; οὐκ ἂν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ σοῦ ποιῶ; οὐ τὴν ἀποφορὰν εὐτάκτως σοι φέρω; καὶ ἡ πενία εἴποι πρὸς τὸν ἐγκαλοῦντα, τί μοι μάχῃ; μὴ καλοῦ τινος δι' ἐμὲ στερίσκῃ; μὴ σωφροσύνης; μὴ δικαιοσύνης; ἀνδρείας; ἀλλὰ μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὴς εἶς; οὐ μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ λαχάνων (a); πλήρεις δὲ αἱ κρῆναι ὕδατος; οὐκ εὐνάς σοι τοσαύτας παρέχω ὁπόση γῆ; καὶ στρωμνὰς φύλλα; ἢ εὐφραίνεσθαι μετ' ἐμοῦ οὐκ ἔστιν; ἢ οὐχ ὁρᾷς γραδιαφύρτην φάγοντα τερετίζοντα; ἢ οὐκ ὄψον ἀδάπανον καὶ ἀτρύφερον παρασκευάζω σοι τὴν πεῖναν; ἢ οὐχ ὁ πεινῶν ἥδιστα ἐσθίει, καὶ ἥκιστα ὄψου δεῖται; καὶ ὁ διψῶν ἥδιστα πίνει, καὶ ἥκιστα τὸ μὴ παρὸν ποτὸν ἀναμένει; ἢ πεινᾷ τις πλακοῦντα, ἢ διψᾷ χιόνα; ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν ἄνθρωποι; ἢ οἰκήσεις οὐ παρέχω σοι, πρῶτον μὲν χειμῶνι τὰ βαλανεῖα, θέρους δὲ τὰ ἱερά; ποῖον γάρ σοι, τοιοῦτον οἰκητήριον, φησὶν ὁ Διογένης, τοῦ θέρους, οἷον ἐμοὶ ὁ Παρθενὼν οὗτος, εὔπνους, καὶ πολυτελής; εἰ ταῦτα λέγοι ἡ πενία, τί ἂν ἔχεις ἀντειπεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ δοκῶ ἄφωνος γενέσθαι. Ἀλλ' ἡμεῖς πάντα μᾶλλον αἰτιώμεθα, ἢ τὴν ἑαυτῶν δυστροπίαν, τὴν κακοδαιμονίαν, τὸ γῆρας, τὴν πενίαν, τὸν ἀπαντήσαντα, τὴν ἡμέραν, τὴν ὥραν, τὸν τόπον. Διό φησιν ὁ Διογένης, φωνῆς ἀκηκοέναι (b) κακίας ἑαυτὴν αἰτιωμένης (2).

Dicebat Bion : « Si daretur oratio rebus, velut nobis, possentque jure » nobiscum contendere, nonne diceret paupertas; homo, cur mecum pugnas? » Quemadmodum servus adversus herum, in sacro sedens, jure contendit,

(a) Olerane an vulgares in viis crescentes herbas hic noster intelligit? Si prius, errat; non enim in viis olera reperiuntur, sed in foro veneunt. Si posterius, parabilem equidem facilemque fateor esse cœnam, sed bestiis quam hominibus accomodatiorem.

(b) Asserunt grammatici, rationem ut reddant genitivi qui vulgo post verbum ἀκούειν ponitur, subaudiendum τὴν φωνήν. Hic autem quid subaudiendum statuent?

(1) Stob. *Serm. de injust.* p. 105.

(2) Stob. *Serm. de prudent.* pag. 15.

» quid mihi adversaris? Num quid tibi furto sustuli? An non præcepta a te » exequor? An quæ tibi debeo, non satis præsto? Sic paupertas diceret » contra incusatorem : quid mihi adversaris? Num aliquo bono mea culpa » privaris? Prudentiane? an justitia? aut fortitudine? At metuis ne tibi ne- » cessaria desint? Nonne sunt refertæ viæ oleribus? Plenique fontes aquæ? » Non lectos tibi tot exhibeo, quanta ipsa terra? et stragula folia? An mecum » animo læto esse non licet? Nonne vides Gradiaphyrtam cœnantem can- » tillando? Nonne obsonium neque pretiosum, neque delicatum comparo » tibi ipsam famem? Annon esuriens suavissime comedit et minime obsonio » indiget? Nonne sitibundus suavissime bibit, et minime absentem potum » desiderat? Esuritne aliquis placentam, aut sitit nivem? Nonne contra ista » nimium delicati requirunt homines? Domicilia nonne exhibeo tibi, hieme » balnea, æstate templa? Quæ enim tibi tam egregia habitatio, ait Diogenes, » æstate esset unquam, atque mihi hæc Palladis ædes, ventis pervia et ma- » gnifica? Si talia diceret paupertas, quid haberes opponendum? Ego quidem » ceu mutus obticerem. Sed nos omnia potius in culpa facimus quam nostram » morum ineptitudinem, difficilemque morositatem. (Inculpamus scilicet) » infortunium, senectam, inopiam, impostorem, diem, horam, locum. » Quamobrem Diogenes ait se vocem audivisse malitiæ seipsam culpantis. »

Agnosco his verbis Antisthenis discipulum, unumque ex cynicis istis, qui fastus et superbiæ potius quam veræ sapientiæ amatores, vanam ex contemptu divitiarum hominum laudem venabantur. At intra terminos posita est sapientia; prosequentibus igitur nimio contemptu divitias, nimia vel aviditate captantibus dicam, quod Diogenes ipse, oraculum illud Cynicorum; videns olim Rhodiacos opulentissimos, squalentesque vestibus Lacedæmonios, aiebat :

Διογένης εἰς Ὀλυμπίαν ἐλθών, καὶ θεασάμενος ἐν τῇ πανηγύρει Ῥοδιακούς τινας νεανίσκους πολυτελῶς ἐσθημένους, γελάσας ἔφη· τῦφος τοῦτό ἐστι. Εἶτα περιτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν ἐξωμίσι φαύλαις, καὶ ῥυπώσαις· ἄλλος, εἶπεν, οὗτος τῦφος (1).

Βίων ὁ σοφιστὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι (2).

Bion sophista avaritiam metropolim dicebat omnis improbitatis esse.

Frequens adest scriptorum chorus qui fomentum illud aviditatis, urgensque ad omne scelus calcar avaritiam detestantur. Quos inter tantum seligam qui Bioneæ sententiæ simile quiddam fassi sunt.

Ecclesiasticus :

« Avaro nihil est scelestius » (3).

Sallustius :

« Avaritia fidem, probitatem, cæterasque artes bonas subvertit, pro iis super- » biam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere » (4).

Gentilitatis apostolus :

Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία (5).

(1) Ælian. *Var. hist.* lib. IX, cap. XXXIV.
(2) Stob. *Serm. de injust.* pag. 105.
(3) Eccles. cap. X.
(4) Sall. *Catil. Conj.* cap. X.
(5) D. Paulus. *ad Timoth. epist.* 1, cap. VI.

Πρὸς πλούσιον μικρολόγον, οὐχ οὗτος, ἔφη, τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον (1).

In divitem sordidum, non hic, inquit, substantiam possidet, sed substantia illum.

Simili ludo utebatur Aristippus quum de Laïde subinde jactaret:

Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι· ἐπεὶ τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν, ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι (2).

Et Seneca:

« Nam quod ad illos pertinet, apud quos falso divitiarum nomen invasit occupata pau-
» pertas; sic divitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. E con-
» trario dicere debemus : febris illum tenet; eodem modo dicendum est : divitiæ illum
» tenent » (3).

Et alibi forsan imitatione Aristippi :

« Cæterum non ipsi voluptatem, sed ipsos voluptas habet » (4).

Ὁ Βίων ἔλεγεν· ὥσπερ οἱ τραπεζῖται, χρημάτων σπανίζουσιν, ἔχοντες αὐτὰ, οὐ γὰρ αὐτῶν ὄντα ἔχουσιν· οὕτω καὶ τῶν πλουσίων ἀνελεύθεροι οὐκ αὐτῶν (5).

Bion aiebat : « Quemadmodum nummularii pecuniis egent quas tamen »habent, non enim proprias habent; sic et divites avari non proprias habent »(divitias). »

Quid enim differt cibo carere, ut piscibus et columbis; aut talem habere qualem quis non magis attingere velit quam Ægyptius canem? Certè quidem hoc modo habere, aut non habere simile est. Sic, ô sordide dives, eges, vere eges divitiis istis concervatis quarum usu ob sorditiem et parvitatem animi abstines.

Ἔλεγε τοὺς μικρολόγους, τῶν μὲν ὑπαρχόντων ὡς ἰδίων ἐπιμελεῖσθαι· ὡς δὲ ἐξ ἀλλοτρίων, μηδὲν ὠφελεῖσθαι (6).

Dicebat tenaces, opum ut suarum habere curam : ut vero ex alienis, nihil (ex illis) capere utilitatem.

Imo hercle! ad aliena sibimet vindicanda, quam ad proprias attingendas opes avarus esset propensior. Nihil enim sanctum infanda hac ferventi cupiditate, nihil inviolatum, nisi ærata qua sepultæ jacent opes, arca.

Bion eleganter dixit, non minus molestum esse calvis quam comatis pilos velli.

« Erras enim, si putas animosius detrimenta divites ferre. Maximis minimisque corporibus
» par est dolor vulneris. Idem scias licet de pauperibus locupletibusque, par illis esse tor-
» mentum. Utrisque enim pecunia sua adhæsit, nec sine sensu avelli potest (7). »

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 50.
(2) Diog. Laert. lib. II, segm. 75.
(3) Senec. *Epist.* 119.
(4) Senec. *De vit. beat.* cap. XIV.
(5) Stob. *Serm. de comp. paup. et divit.* p. 459.
(6) Diog. Laert. lib. IV, segm. 50.
(7) Senec. *De tranq. anim.* cap. 8.

Femineum irridens dolorem Agamemnonis, de quo apud Homerum,

> Αὐτὰρ ἐπεὶ ἐς νῆάς τε ἴδοι καὶ λαὸν Ἀχαιῶν,
> Πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας (1),

Bion facete aiebat :

Perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere quasi calvitio mœror levaretur (2).

« Quelles causes n'inventons-nous des malheurs qui nous adviennent, dit Montaigne à ce » sujet? A qouy ne nous prenons-nous à tort ou à droict, pour avoir où nous escrimer? Ce ne » sont pas ces tresses blondes que tu deschires, ni la blancheur de cette poitrine que, despitée, » tu bats si cruellement, qui ont perdu d'un malheureux plomb ce frère bien-aymé; prends-t'en » ailleurs. Livius, parlant de l'armée Romaine en Espaigne, aprez la perte des deux frères, ses » grands capitaines, *flere omnes repente, et offensare capita* (3). C'est un usage commun. Et le » philosophe Bion, de ce roy qui de dueil s'arrachait les poils, feut-il pas plaisant? Cestuy-ci » pense il que la pelade soulage le dueil (4)? »

Κατεγίνωσκε δὲ καὶ τῶν τοὺς ἀνθρώπους κατακαόντων μὲν ὡς ἀναισθήτους, παρακλαιόντων δὲ ὡς αἰσθανομένους (5).

Arguebat et quoque eos qui homines (mortuos) exurerent quidem tanquam sensus expertes, deflerent vero tanquam sentientes.

At cave, ô sophista, lugubres ne levius arguas hominum fletus; non lamentamur enim, quod censemus a defunctis lacrymas videri, planctusque exaudiri; verum amisit hic filium in magnis nutritum opibus, qui bonam de se spem præbebat, quique solus futurus erat hæres; hæc maritum tutelam ac defensionem suam; ille amicum longo sibi usu devinctum; propterea lamentamur; propterea flemus atque plangimus. Non mortuos igitur sine spiritu, sine voce, non cadavera rogo imposita; sed nosmetipsos ingemus. Adjice quamdam inesse voluptatem in lacrymis, et fleudo expleri dolorem, ut scite cecinere

Euripides :

> Ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπραγόσι,
> Θρηνῶν τ' ὀδυρμοί, μοῦσά θ' ἣ λύπας ἔχει (6).

Ovidius :

> .... est quædam flere voluptas ;
> Expletur lacrymis, egeriturque dolor..... (7)

Παρακλαιόντων pro περικαόντων quod perperam evidenter ferunt codices, restitui, Mer. Casauboni emendationem secutus. Desiderasset quoque vir doctissimus τῷ κατακαόντων substituere περικαόντων, ut responderet παρονομασία, quem ludum valde amant Græci, funereusque memoraretur usus, ex quo vestes pretiosæ, animalia, quæcumque vivis fuerant chara, in eumdem rogum conjecta, cremabantur, non temere tamen, ut mortuorum corpora contingerent, sed ad latus aliquod ignis (παρὰ) ne cineres confunderentur. Hæsitavit nihilominus, impediente scrupulo, quod præpositio παρὰ dativum regit. At ultra progredi potuisset, si sola hæc obstitisset mora; casus enim sæpissime non a præpositione verbi compositi, sed a verbo simplice pendet; atqui regit accusativum simplex κλάω. Impedimentum autem aliud, quod vir illustrissimus non sensisse videtur, oberat. Non usurpatur in voce activa παρακλάω; invenitarque solummodo παρακλάομαι. Felicius conjecit Menagius, eum legere proposuit παρακαλούντων. Sic namque paulo verius vituperavit Borysthenita. Deflenti enim et defunctum inclamanti non prorsus

(1) Hom. *Il.* K., v. 14-15.
(2) Cic. *Quæst. Tusc.* lib. III, cap. 26.
(3) Tit. Liv. lib. XXV, cap. 37.
(4) Montaigne, liv. I, chap. IV.
(5) Diog. Laert. liv. IV, segm. 49.
(6) Euripid. *Troad.* v. 604-5.
(7) Ovid. *Trist.* IV, 3.

immerito quidam disissel : Lacrymis condonamus, quandoquidem, ut aisti, temetipsum luges, fletibusque dolorem egeris; sed cur mortuum vocas, quem scis non auditurum, etiamsi Stentorem clamore vincas? Emendatio tamen non mihi sic videtur integra, proponoque καταχαλούντων, ut sic legatur sententia :

κατεγίνωσκε δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπους καταχώντων μὲν ὡς ἀναισθήτους, καταχαλούντων δὲ ὡς αἰσθανομένους.

Cuidam olim pessime præsagienti quod mus saccum scorteum arrosisset :

Τί δὲ καὶ θαυμαστὸν, εἰ ὁ μῦς, φησὶν ὁ Βίων, τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν ὅ, τι φάγῃ; τοῦτο γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ Ἀρχεσίλαος (a) παίζων ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλαξ κατέφαγεν (1).

Quidque igitur mirum, si mus, inquit Bion, saccum arroserit, cum non inveniret quod comederet? Hoc enim fuisset mirum, si, ut Arcesilaüs ludens argutabatur, murem saccus comedisset (b).

Simillimum de Catone aut potius idem de ipso Bione dictum Augustinus narrat, inanissimas etiam superstitiosorum observationes irridens :

« Hinc sunt, ait, illa : Cum vestis a soricibus roditur, plus timere suspicionem futuri mali, » quam præsens damnum dolere. Unde illud eleganter dictum est Catonis (Bionis), qui cum » esset consultus a quodam qui sibi a soricibus erosas caligas diceret, respondit, non esse » illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si sorices a caligis roderentur (2). »

De ipso Bione inquam; vanus enim nisi sim conjector, legendum *Bionis* pro *Catonis;* quibusque innisus argumentis sic cogitem, exponendum. Primum quidem, tanta similitudine duo dicteria inter se congruunt, ut ex eodem fonte manasse, Augustinumque tantummodo quod græce Clemens Alexandrinus ediderat, in linguam latinam transtulisse manifestum videatur. Secundum etiam si vel Catonem Bionis dictum memoravisse, vel parem in jocum fortuito ipsum incidisse concedatur, in utraque tamen suppositione, Catonem posthabere Bioni debuit Augustinus; namque valentius erat testimonium Borysthenitæ, cujus fama plurima vulgaverat dicta proverbiali sale condita, quique præterea superstitionem scommatibus excipere solitus erat. Bionem, forsan subjicies, ignorabat Augustinus. Verum enim vero si Augustino Bionem notum non fuisse admittamus, admittendum etiam nec Clementem Alexandrinum, qui Bioni dictum adscribit : porro potuit-ne, quæso, clarissimum christianæ gentis lumen, Clemens Alexandrinus cujus recens adhuc virtutum doctrinæque memoria vigebat, Augustinum latere? nequaquam, ut omnes fatebuntur.

Denique nemo non ignorat eorum qui codices manu exaratos oculis perlustrarunt, librarii sæpe incuria, vel arte rudi, literam, imprimisque majusculam, in duas miniscules resolvi, et vice versa, duas minusculas unicam intima permistione majusculam conflare posse. Quod

(a) Non tamen habendus est Arcesilaus et ipse quasi primus istius joci repertor; haud enim absimili modo sic jam luserat Diogenes :

Καὶ Διογένης πρὸς τὸν θαυμάζοντα ὅτι εὗρεν τὸν ὄφιν ἐν τῷ ὑπέρῳ περιειλημένον, μὴ θαύμαζε, ἔφη· ἦν γὰρ παραδοξότερον ἐκεῖνο, εἰ τὸ ὕπερον περὶ ὀρθῷ τῷ ὄφει κατειλημμένον ἐθεάσω (3).

(b) Mores enim apud antiquos auspicium faciebant, unde Ausonii versus :

Quadrupes oscinibus quis jungitur auspiciis? mus (4).

Imprimisque triste putabatur, si quid arrosisset, ut testantur Theophrastus (5), Cicero (6), Plinius (7) et Theodoretus (8).

(1) Clem. Alex. *Strom.* lib. VII, pag. 712.
(2) August. *De Doct. christ.* lib. II, pag. 20.
(3) Clem. Alex. l. c.
(4) Auson. *Vers. monos. fin.*
(5) Theoph. *Char. de superst.*
(6) Cic. *De Divin.* lib. II.
(7) Plin. lib. VIII. cap. 57.
(8) Theod. lib. I. pag. 6.

si ad istam dissolvas normam majusculam hanc β, clarius patebit luce creari litterulas duas Ca; hinc ca pro β. Nobis nunc reliquum superest ut diruamus litteram t, illamque in ι mutemus; quod metamorphosi quidem assequemur haud laboriosa: deprimatur enim tantillum tractus, sicque obtruncato capite, propriam sibi exuet t, ut ι humiliorem induat formam, lepidique gloriam dicterii Cato, tandiu divisam immerito, Bioni restituet totam.

. .

Fœdam Jovis prolem risu lacessens Bion :

Πῶς ἂν, inquiebat, ἐνδίκως οἱ ἄνθρωποι παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσωνται τὴν εὐτεκνίαν, ἣν οὐδ᾽ αὑτῷ παρασχεῖν ἴσχυσεν (1);

Quomodo jure homines a Jove peterent formosam prolem, quam neque sibi præbere valuit?

Carpebat sane sophista τὰς Λιτὰς claudas, rugosas, strabis oculis, et potius Thersitis quam Jovis filias.

Καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ᾽ ὀφθαλμώ (2).

Duo dicteria ex Clemente Alexandrino deprompta admonendum est putavisse *Moreri* (3) Bioni Proconnesio adscripta fuisse a Clemente Alexandrino, hujus operum sane confidentem indicibus qui revera omnes, ne excepto quidem Potterianæ editionis, Proconnesio dicteria subjiciunt prælata. At indices certe mendose digesti, incogitantiæque magnæ et πτωχείας *Moreri* se obligavit. In priore quidem error patet. Quod enim si Bioni Proconnesio adscribatur, qui fieri potuit æqualem eum Pherecydis, ut ante dictum est, de Arcesilao Borysthenitæ comtemporaneo sermonem fecisse? Posterius autem dictum convenienter adeo nostri Bionis mordaci liberoque consonat ingenio, ut nulli melius addici queat, quod non dubitavit affirmare Potterus (*a*), unde magis miror alterum quoque non eidem restituisse.

Ἂν δὲ ἄριστα πράττῃ καὶ συνῇ (ὁ Δεισιδαίμων) πρᾴῳ δεισιδαιμονίᾳ, περιθυόμενος οἴκοι κάθηται, περιματτόμενος, αἱ δὲ γρᾶες καθάπερ παττάλῳ φησὶν ὁ Βίων, ὅ, τι ἂν τύχωσιν αὐτῷ περιάπτουσι φέρουσαι καὶ περιαρτῶσι (4).

Si vero optime cum ipso agatur, et laboret (superstitiosus) benigna superstitione, omnis generis sacrificiis circumdatus, domi sedet circumabstersus; vetulæ enim tanquam paxillo, ut Bion dicit, in quamcunque rem inciderint, ei pro amuleto appendunt.

Et tu quoque, o sophista, morbo debilitatus et mortis metu, ad istam, dum valeres spretam, superstitionem descendisti; vetulis circumpinsendum luto, et abstergendum corpus submisisti; ligaturas tibi passus es applicari, fidem sic ipse tuis detrahens dicteriis.

(*a*) Sic Potterus : Aliquis in margine *Novi* annotavit juxta nomen Bionis: ἰσχυρῶς οὕτως ἐγένετο. Porro Clemens intelligit Bionem Borysthenitam philosophum, e schola Theodori, deorum contemptoris (5).

(1) Clem. Alex. *Adm. ad Gent.* pag. 37.
(2) Hom. *Iliad.* I. v. 499.
(3) Mor. *Dict.* vid. *Bion.*
(4) Plutarch. *de Superst.* pag. 168.
(5) Clem. Alex. *Strom.* lib. VII. ed. Pott.

Τὸ κάλλος ἀλλότριον ἀγαθὸν (ἔλεγε) (1).

Pulchritudinem alienum bonum (aiebat).

Vel intelligi voluit Bion formam sibimet impertiri extra hominis potestatem esse; vel ea potius alios frui quam qui sunt formosi. Si prius, vera dixit, nam, ut ait Augustinus,

« Pulchritudo corporis bonum dei donum est » (2).

Tritum vero maxime vulgareque quoddam tunc fatendum Bionem emisisse. Si posterius, non absolute vera asseruit: formosus enim sibi placet, quod ex Ovidio voluptas:

Est etiam placuisse sibi quæcumque voluptas
.... grataque forma sua (3).

Præterea formosis, etiamsi forma ipsa non fruerentur, magnam vim habet ad conciliandam aspicientium benevolentiam venustas, ut testatus est Aristoteles:

Ἀριστοτέλης ἔφη τὸ κάλλος πάσης ἐπιστολῆς συστατικώτερον εἶναι (4).

Sed si sic loquendo minus vere, minus etiam vulgariter dixit, et idcirco libentius inducerer ad credendum hoc sensisse sophistam.

Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, τὸ κάλλος, φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης (5).

Bion ad inquientes pulchritudini tyrannidem inesse, pulchritudo, papæ, dixit, tyrannis est quæ crine dissolvitur.

Omnibus codicibus pro τριχὶ τριχῆ præ se ferentibus, plerique editores locum mutilum putavere. Th. Gaisford tamen legendum proposuit τριχὶ, et huic omnino assentior. Primum enim si consideretur η et ι pronunciationis vicinia, scribam errare facillime potuisse patebit. Emendatio autem indubitata fiet, si alterum hoc subjungatur ex Plutarcho Bionis dictum:

..............ἔτι δὲ καὶ φορτικώτερον ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς.........(6).

..............Sed et ambitiosius Bion sophista formosorum crines Harmodios vocabat et Aristogitones, quod pulchræ tyrannidis jugum excutiant, iis enatis, amatores........

Inde enim necessario colligetur, in priori etiam scommate Bionem de puerorum istis amoribus, salse eos instabilissimos esse jactasse, pulchritudinisque tyrannidem, jam fuscante malas dissolvi lanugine.

Ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ θηρᾶσαι μειράκιον, οὐκ οἷόν τε, εἰπεῖν, ἁπαλὸν τυρὸν ἀγκίστρῳ ἐπισπᾶσθαι (7).

Cum male audiret quod non sectatus esset adolescentulum, non possibile est, inquit, tenellum caseum hamo attrahere.

Quo significans juvenes delicatulos ad philosophiæ studia nullo modo esse idoneos; ea enim nervos requirunt et masculam generositatem, contemptum omnium quibus vulgus inhiat, deliciarum fugam, amplexum paupertatis, amorem temperantiæ atque sobrietatis. In animis autem cincinnatorum homuncionum istorum, non modo illa fortitudo, sed ne falsa quidem ulla fortitudinis species habitare potest. Gens evirata, voluptatum usu fracta, mollitieque liquescens, omnes virtutes aversantur.

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.
(2) August. *De Civ. Dei*, lib. XV.
(3) Ovid. *De med. fac.*
(4) Stob. *Serm. de laud. pulchrit.* pag. 381.
(5) Stob. *Serm.* ibid. 382.
(6) Plut. *De amor.* pag. 770.
(7) Diog. Laert. lib. IV. segm. 47.

Ἔλεγε δὲ συνεχὲς ὅτι αἱρετώτερόν ἐστι τὴν ὥραν ἄλλῳ χαρίζεσθαι, ἢ ἀλλοτρίας ἀποδρέπεσθαι, καὶ γὰρ εἰς σῶμα βλάπτεσθαι καὶ εἰς ψυχήν (1).

Dicebat autem jugiter optabilius esse florem ætatis alteri gratificari, quam alienum decerpere; quippe tunc corpore lædi et animo (qui sic fecisset).

Innuere videtur sophista corpore tantum lædi stuprum patientem, etiamsi libenter: idem enim τὸ χαρίζεσθαι sonat ac copiam sui, nullis cogentibus, facere. Porro non eum sane fugiebat mentem peccare non corpus, et ubi consilium adfuisset, ibi culpam inesse. Melius igitur, philosophoque præsertim dignius dixisset, innoxium esse qui profiteri posset: corpus est tantum violatum, animus insons; at pari indignatione prosequendum, et stuprum inferentem, et turpia voluntarie subeuntem.

Quam parum accurate hoc dictum interpretatus fuerit Erasmus, difficile credas, tanti nominis auctoritati serviens.

« Bion dicebat optabilius suam messem alteri largiri quam alienam decerpere (sensit felicius » esse dare quam accipere) » (2).

Attamen, ut cernis, mirifice alucinatus est vir doctissimus, qui plurima omisit verba, et messem in ὥρᾳ vidit.

Τὸν Ἀλκιβιάδην μεμφόμενος ἔλεγεν, ὡς νέος μὲν ὢν, τοὺς ἄνδρας ἀπάγοι τῶν γυναικῶν· νεανίσκος δὲ γενόμενος, τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν (3).

Alcibiadem culpans dicebat, dum adolescens esset, viros eum abduxisse ab uxoribus; juvenem vero factum, uxores a viris.

Primus hac λοιδορίᾳ in eumdem Alcibiadem usus est Pherecrates comicus:

Οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ Ἀλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ,
Ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστι νῦν (4).

Et postea non dissimiliter Cæsarem Curio pater quadamoratione appellavit « omnium mu- » lierum virum, et omnium virorum mulierem (5).

Διέβαλε δὲ καὶ τὸν Σωκράτην, λέγων, ὡς εἰ μὲν εἶχεν Ἀλκιβιάδου χρείαν, καὶ ἀπείχετο, μάταιος ἦν· εἰ δὲ μὴ εἶχεν, οὐδὲν ἐποίει παράδοξον (6).

Sed et calumniabatur Socratem, dicens: *Nam si quidem Alcibiade opus habuit, et abstinuit, stultus fuit; sin vero non habuit, nihil fecit mirandum.*

Ergo stultus eras, vir fortissime, qui temperantiæ et sobrietatis exemplar extitisti, nedum naturæ proclivitate rapereris te ad popinam et lupanar impellentis; ingenita enim in te hæc vitia palam ipse professus es. Stultus eras, vir patientissime, qui, Xanthippis quotidie vexatus conviciis, nunquam in rixam colluctationemque venisti, nedum obtemperares naturæ clamanti: flagris, ne timeas, flagris huic furiæ scinde latus. Stultus eras, vir summe, qui cum essent qui fugam promitterent, ex illo carcere, quem intrando honestiorem omni curia reddidisti, sancta legum veneratione irretitus, effugere negasti, nedum expleres naturæ vota, tete instanti subtrahendo cicutæ. Sed quid fosius sophisma redarguerem ex quo tantum esset colenda virtus, quando aut voluptati, aut commodis nostris foret consentanea; vel potius, ex quo virtus nulla remaneret: vis enim est virtus, et unde vis, hinc virtus abest. Cur igitur iste furor tuus, impudens

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 49.
(2) Erasm. *Apophth*. lib. VII, vid. *Bion*.
(3) Diog. Laert. lib. IV, segm. 49.
(4) Pherc. *Ex. inc. comœd. Grot. Exc.* pag. 814.
(5) Suet. lib. I, pag. 79, ed. var.
(6) Diog. Laert. lib. IV, segm. 49.

sophista? Cur infamas virtutem, et malignis suspicionibus sancta violas? At operam perdis; reclamant enim adversum te asperrimi Socratis accusatores, Anytus, Melitus, et Aristophanes ipse, qui nullum in amorem ejus dicterium ausi sunt vibrare; reclamat adversum te illud Apollinis responsum, ex tripode proferentis neminem Socrate, vel liberalioris esse indolis, vel justiorem, vel prudentiorem; reclamat tota illius vita sancte ac juste transacta; reclamat denique generosa illa fiducia, quacum judices ipsos interrogans: quem minus me, ait, cupiditatibus corporis servire nostis? Τίνα μὲν γὰρ ἐπίστασθε ἧττον ἐμοῦ δουλεύοντα ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις (1). Putasne, quæso, hacce libertate fuisse provocaturum, scelesto complexu pollutum? Taces, sophista! Tacere decuisset, aut non arripere maledictum ex trivio, neque temere σεσαπηλαμίζειν philosophorum sapientissimum; aut saltem antea conspicere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit, eum cui vere istud objici possit.

Χαριέντως ἔφη Βίων ὁ Βορυσθενίτης θεασάμενος Περσαίου χαλκῆν εἰκόνα, ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπτο, ΠΕΡΣΑΙΟΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΚΙΤΙΕΑ, πεπλανῆσθαι τὸν ἐπιγράψαντα· δεῖν γὰρ οὕτως ἔχειν· ΠΕΡΣΑΙΟΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΟΙΚΙΤΙΕΑ (2).

Lepide dixit Bion Borysthenita, cum vidisset Persæi æneam statuam, in qua scriptum erat: PERSAEUS ZENONIS CITIEUS (Citiensis) errasse illum qui inscripserat; oportere enim sic se habere (inscriptionem) PERSAEUS ZENONIS OIKITIEΥΣ (famulus).

Borysthenitæ quid dictum valeat quo melius sentiatur, non abs re videtur pauca de Persæo subjungere. Citieus erat, unus e porticu. Eamdem cum Zenone, cujus alii servum fuisse (οἰκέτην), alii amasium adolescentulum tradunt, domum Athenis incolebat (3). Cum per litteras Antigonus a Zenone petiisset ut ad se veniret, ob senium ille tam longinquæ peregrinationi impar, Persæum misit qui mox assentator Antigoni factus, degenerem sese præbuit philosophum, parum stoico digna regi suadendo (a) mordacibusque lacessendo calumniis qui cum ipso familiaritate Antigoni uterentur. Quam ob detractantem zelotypiam multi cum Persæo simultates exercuere, inter quos fuit noster qui amaram hanc nominis permutationem in eum vibravit, ex qua Citieus philosophus pro discipulo mancipium Zenonis declarabatur (b).

Bion dicebat omnia hominum negotia similia initiis esse; nec vitam illorum magis sanctam aut severam esse, quam conceptus nihilo natos (4).

Perobscurus certe locus ille est; omnesque Senecæ commentatores torsit divinatio. Quorum hic, antequam meam exponam sententiam, varias hariolationes offerre libet.

« Pro initiis corrigendum reor *mimis*, sive *mimicis*, nam vetus est adagium, mimum esse « vitam. » (Sic Pincianus).

« Assentior plane Pinciano *mimicis* ex *initiis* facienti. Negotia hominum sunt ut mimica, « quod ante dixit poeta græcus:

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος καὶ παίγνιον.

(a) Quum Antigonus Menedemi gratia rempublicam Eretriensium restituere vellet, obstitit Persæus, animumque regis ob hoc consilio removere conatus est. Idcirco justa in eum infensus ira Menedemus, in convivio, quadam die, de Persæo dixit: φιλόσοφος μέντοι οὗτος, ἀνὴρ δὲ καὶ τῶν ὄντων, καὶ τῶν γενησομένων κάκιστος (5).

(b) Proprie quidem famulus; at qui probe noverant stoicolos quos vocabat Hermias Curiensis παιδονίκας (6) et parum castos principis eorum mores, eosdem haec non fugiebat quanto latius pateret salax et petulans Borysthenitæ dictum.

(1) Xenoph. *Ap. pro. Soc.*
(2) Athen. lib. IV. cap. XVII.
(3) Diog. Laert. lib. VII. segm. 13.
(4) Senec. *De tranq. anim.* cap. XV.
(5) Diog. Laert. lib. II, segm. 144.
(6) Athen. lib. XII. cap. II.

« Alii tamen libri *nuptiis* præferunt, ex quo aliquis *nundinis* divinet. Sane Pythagoras » dictitabat τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει » (Sic Lipsius).

Et cum Lipsio huic lectioni *mimicis* adhæsit novissimus Senecæ editor, doctissimus Lemaire; sed ambo in reliquis non Pinciano assentiuntur, qui pro *conceptus nihilo natos*, aut ex aliis codd. *conceptus inchoatos* reponebat, *quam concubitus in his actos*.

Perlecta non semel Bionis comparatione, perlectis etiam attente præcedentibus Senecæ verbis, quæ sic se habent : « Universa contemplatus, majoris animi est, qui risum non tenet, » quam qui lacrymas; quando levissimum affectum animi movet, et nihil magnum, nihil seve- » rum, nec serium quidem, ex tanto apparatu putat ; » vidi aut vidisse putavi in his, nihil magnum, nihil severum, nec serium quidem, ex tanto apparatu..... præmissum a Seneca Bioneæ comparationis sensum.

Quemdam enim præ se ferunt apparatum res humanæ, vultumque severum ac serium mentiuntur; si autem introspicias, vanescit imago hæc fucata, turpiaque tantum vel ridicula patent. Porro si reponamus *initiis*, quod fere omnes præbent codices, emendationemque admittamus Pinciani, *quam concubitus in his actos;* quæ quidem lectio non insulse facta fuit ex *conceptus nihilo natos*, similem prorsus ex dicto Bionis sensum eliciemus; tunc enim innuet, *omnia hominum negotia similia esse initiis* id est *mysteriis* (a), quæ apud antiquos tantam extrinsecus venerationem imperabant, ut nihil magis sanctum ac severum videretur; sed intus et in visceribus absurda, ridenda, sæpiusque impura atque obscena recludebant. Restitutam igitur sic censeo legendam esse sententiam.

Bion dicebat *omnia hominum negotia similia initiis esse, nec vitam illorum magis sanctam ac severam esse quam concubitus in his actos.*

Primum equidem pro *initiis* legebam *initibus*, id est *coitibus;* sed sic verba *sanctam* et *severam* sensu idoneo carebant; priori itaque adhæsi emendationi, utpote cum integro Senecæ loco aptissime quadranti, sophistæque ingenioso, mordaci et impio plane respondenti.

Ὁ Βίων τὸν θεὸν κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν, γελοιότερον εἶναί φησιν ἰατροῦ, διὰ νόσον πάππου καὶ πατρὸς, ἔκγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος (1).

Bion deum mulctam irrogantem pueris improborum, magis ridiculum esse ait medico, ob morbum avi aut patris, nepoti aut filio potionem porrigente.

Impium illud sophisma victricibus debellarunt armis Plutarchus (2) et Cœlius (3).

Bion duobus argumentis, modo fures omnes sacrilegos, modo nullum esse colligebat. In priore quidem :

Quisquis id quod deorum est sustulit, is sacrilegus est;
Omnia autem deorum sunt;
Ergo quisquis tollit aliquid, sacrilegus est.

In posteriore autem :

Qui nihil sustulit ex eo loco qui deorum est, non est sacrilegus;
Qui autem expilat templum, e loco qui deorum est, in alium locum qui æque deorum est, siquidem omnes loci deorum sunt, res expilatas transfert ;
Ergo quisquis tollit aliquid, non est sacrilegus.

(a) Vox *initia* in hoc sensu persæpe usurpatur; occurrunt exempla in Catullo :
.... Cybele, tua, mater, *initia*. (4).
In Justino :
Alcibiades........insimulatur Cereris *initiorum* sacra...... enuntiavisse (5).

(1) Plutarch. *De ser. num. vind.* p. 561.
(2) Plutarch. *ibidem.*
(3) Cœl. *Lect. antiq.* lib. vi, p. 206.
(4) Catull. *de Aty.* v. 9.
(5) Just. *Hist.* lib. v, cap. 1.

Sic responsum subjicit Seneca :

Omnia quidem deorum esse, sed non omnia diis dicata. In his observari sacrilegium, quæ religio numini adscripsit. Sic et totum mundum deorum esse immortalium templum, solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum, et tamen a sacris profana discerni, et omnia licere in angulo, cui nomen fani impositum est, quæ sub cœlo et conspectu siderum licent. Injuriam sacrilegus deo quidem non potest facere, quem extra ictum sua divinitas posuit; sed tamen punitur, quia tanquam deo fecit. Opinio illum nostra ac sua obligat pœnæ (1).

Εὔκολον ἔφασκε τὴν εἰς ᾅδου ὁδόν· καταμύοντας γοῦν ἀπιέναι (2).

Facilem dictitabat ad infernum viam : clausis enim oculis ire (illuc homines).

Lepidissime duplicem circa sensum vocis *καταμύειν* ludit sophista. Proprie enim *καταμύειν* significat *connivere*, *claudere oculos*, ut videre est apud Xenophontem de lepore dicentem : *καὶ ὅταν μὲν ἐγρηγορῇ καταμύει τὰ βλέφαρα* (3). Metaphorice autem, *εὐφημισμοῦ χάριν*, pro mori usurpabant Græci, ut Lucianus : *καὶ μεγάλας ἐλπίδας ἔχομεν παρ' αὐτῷ, ἢν ὁ γέρων μόνον καταμύσῃ* (4), id quod etiam noster vernaculus sermo retinuit : *Si le vieillard venait à fermer, à tourner l'œil.*

Sic se igitur habet anceps ille jocus :

Clausis enim vel oculis homines illuc ire, aut mortuos enim homines illuc ire.

Ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι, εἰ ὁλοκλήροις καὶ μὴ τετρημένοις ἀγγείοις ὑδροφόρουν (5).

Dicebat eos qui essent in inferis magis cruciandos fore, si integris et non perforatis vasis aquam ferrent.

In fabulis est, ut nemo nescit, Danaïdas puellas apud inferos huic addictas esse supplicio, ut pertusis vasis deferant aquam in dolium pertusum.

(Λέγεται) Βίωνα ἐρωτηθέντα εἰ θεοί εἰσιν, εἰπεῖν·

Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον, ταλαπείριε πρέσβυ (6);

(Dicitur) Bionem interrogatum an dii essent, respondisse :

Non a me propelles turbam, miser senex ?

De hujusmodi quæstionibus in turba, et coram pluribus agi non posse, innuebat noster ex Stilpone, qui antea haud multum absimile responsum Crateti ediderat.

Κράτητος Στίλπωνα ἐρωτήσαντος, εἰ οἱ θεοὶ χαίρουσι ταῖς προσκυνήσεσι, καὶ εὐχαῖς, φασὶν εἰπεῖν· περὶ τούτων μὴ ἐρώτα, ἀνόητε, ἐν ὁδῷ, ἀλλὰ μόνον (7).

Τὴν δυσσέβειαν (a) πονηρὰν ἔλεγεν εἶναι σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ·

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ (8).

Impietatem pessimum dicebat esse contubernalem fiduciæ.

Domat enim virum, quanquam audacis linguæ sit.

(a) *Δυσσέβειαν* hic intelligimus impietatem in genere, vitam per flagitia et scelera traductam.

(1) Senec. *De Benef.* cap. VII.
(2) Diog. Laert. lib. IV, segm. 49.
(3) Xenoph. *De Venat.*, p. 980; ed. Leunclav.
(4) Lucian. *Dialog. meretr.* VII.
(5) Diog. Laert. lib. IV, segm. 50.
(6) Diog. Laert. lib. II, segm. 117.
(7) Diog. Laert. *ibidem.*
(8) Diog. Laert. lib. IV, segm. 51.

Δυσγένειαν pro *δυσπιστίαν* emendavit ex Plutarcho Menagius, emendationemque illam valde comprobavit Mer. Casaubonus : *Apposite*, inquit, *ex Plutarcho locum vir doctissimus profert, et ex illo δυσγένειαν pro δυσπιστίαν emendat.* Et revera Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς pulcherrimum ait fiduciæ thesaurum, si quis bene natus sit (1), ex Euripide qui Phædram sic loquentem indueit :

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν συνειδῇ μητρὸς, ἢ πατρὸς κακά (2).

Maxime me movet hoc, subjicit Mer. Casaubonus, *quia δυσγένειαν sibi exprobratam ab Antigono Bionem expressisse valde verisimile est.*

Quod si tamen liceat aliter ac doctissimus Menagius, aliter ac clarissimi patris clarus et ipse filius sentire, minime hanc fatebor arridere emendationem. Primum enim quæram unde venerit hæc mutatio. Fortuitumne scribæ sphalma? Christianosne quidam, ut voluit Mer. Casaubonus, sic legi debuisse credidit, et, ut credebat, emendavit? Quod nunquam supposuerim, validis nisi innixus rationibus. Secundum si de δυσγενείᾳ loqui voluisset Borysthenita, integram profecto Euripidis sententiam attulisset, versiculumque posteriorem addidisset, sententiæ pernecessarium explanandæ. Tertium denique, si ad memoriam revoces quonam interrito ore, quanamque linguæ proterva libertate, quis esset Antigono aperuerit, haud facile credas insulse adeo virum ingeniosissimum palinodiam recantasse, turpiterque triumphum inimicis restituisse quem de illis reportaverat, cum generose de sua ignobili origine professus est :

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Repulsa igitur omni emendatione, mihi magis ad gustum sententiam retinere qualem codices edidere Laertiani, sensumque de δυσπιστίᾳ, utpote luculentissimum, maximeque Bioni consentaneum expromi. In eo præcipue videntur errasse doctissimi viri, quod non senserunt potuisse Bionem de δυσγενείᾳ, ab Euripide dictum, id ad δυσπιστίαν non minus appositum et verum transferre; atqui tamen eo minus translatio ista fallere debebat, quod Bioni ingenium imitandis in alium sensum versibus imprimis fuit accommodatum. Et ne objiciant homini impio qualis Bion hoc non effatum convenire : jam enim eum versatilem sæpe vidimus procax dicterium expuere, vicissimque sententiam gravem moribusque perutilem emittere.

Nunc si Bioneam exemplis illustrare placeat sententiam, præsto nobis aderunt, Menander qui aliquid effatus est adeo Borysthenitæ dicto accedens, ut hunc libenter ad comicum respexisse crederem.

Ὁ συνιστορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ (3).

Diogenes :

Τίς γὰρ ἂν ἥττον φοβοῖτό τι, ἢ θαῤῥοίη μάλιστα, ἢ ὅστις αὑτῷ μηδὲν συνειδείη κακόν (4).

Et Horatius :

.... Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa (5).

Πλέων μετὰ πονηρῶν, λῃσταῖς περιέπεσε· τῶν δὲ, ἀπολώλαμεν, εἰπόντων, ἐὰν γνωσθῶμεν, ἐγὼ δὲ, φησὶν, ἐὰν μὴ γνωσθῶμεν (6).

Navigans cum perditis hominibus, in latrones incidit : illis vero, perimus, dicentibus, si agnoscamur, at ego, inquit, nisi agnoscamur.

(1) Plut. *De educ. puer.* pag. 1.
(2) Eurip. *Hippolyt.* v. 424-25.
(3) Stob. *Serm. de consc.* pag. 183.
(4) Stob. *Serm. de consc.* pag. 183.
(5) Horat. *Epist.* lib. 1, 1.
(6) Diog. Laert. lib. IV, segm. 50.

Plurima improborum societas mala importat : prudens itaque aiebat Horatius :

> .... Vetabo qui Cereris sacrum
> Vulgarit arcanæ, sub iisdem
> Sit trabibus, fragilemque mecum
> Solvat phaselum............(1)

Sed si forte bonis in tali contubernio versari accidat, innotuisse salus est.

Non valde dissimiliter, ante nostrum, licet in alio sensu, dixerat Bias :

Συμπλέων ποτὲ ἀσεβέσι, χειμαζομένης τῆς νεώς, κἀκείνων τοὺς θεοὺς ἐπικαλουμένων, σιγᾶτε, ἔφη, μὴ αἴσθωνται ὑμᾶς ἐνθάδε πλέοντας (2).

Ὁ Βίων ἠξίου τοὺς συνήθεις οἴεσθαι προκόπτειν, ὅταν τῶν λοιδορούντων οὕτως ἀκούωσιν ὡς λεγόντων (3)·

> Ξεῖν' (ἐπεὶ οὔτε κακῷ, οὔτε ἄφρονι φωτὶ ἔοικας) (4),
> Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοὶ νύ τοι ὄλβια δοῖεν (5).

Bion jubebat suos familiares putare se profecisse in virtute, cum maledicentes perinde audirent, ac si dicerent :

> Hospes (quandoquidem nec ignavo, nec stulto viro similis es),
> Salveque, et valde gaude; dii autem tibi felicia dent.

Nisi jam experti essemus quonam noster instabili fuerit ingenio, dubitaremus an illi foret imputandum consilium, quo e porticu libentius emanatum putes, aut a Zenone ipso discipulis suis impertitum. Signa enim, ut Bion, proficientis esse declarat stoïcorum studiosior ille præceptorum fautor Epictetus :

Κἄν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται...... ἂν ἠλίθιος ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικεν (6).

At nec Bionem, nec stoïcorum interpretem laudo, maloque Isocratem prudentius de conviciis et calumniis monentem :

Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι (7).

Καλῶς ἔλεγεν ὁ Βορυσθενίτης Βίων, οὐ δεῖν ἀπὸ τῆς τραπέζης τὰς ἡδονὰς πορίζεσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φρονεῖν (8),

Pulchre aiebat Borysthenita Bion, non ex mensa voluptates esse captandas, sed ex temperantia.

Fugienda enim voluptas quæ ferat in posterum damnum; venterque, nisi ei imperes, brevi mala malis coacervat. De quo Chares :

> Ὅστις δὲ μὴ γαστρὸς κρατεῖν ἐπίσταται,
> Οὗτος τὰ πλεῖω τῶν κακῶν ἔχει κακά (9).

Temperantia autem, ex Democrito, quæ jucunda sunt auget, et voluptatem majorem facit.

Σωφροσύνη τὰ τερπνὰ αὔξει, καὶ ἡδονὴν ἐπιμείζονα ποιεῖ (10).

(1) Horat. *Carm.* lib. III, od. II.
(2) Diog. Laert., lib. I, segm. 86.
(3) Plutarch. *De profect. virt. sent.* pag. 81.
(4) Hom. *Odyss.* Z, v. 187.
(5) Hom. *Hymn. Apoll.* v. 466.
(6) Epict. *Enchir.* maxim. 72.
(7) Isocr. *Orat. ad Demon.*
(8) Athen. lib. X, cap. IV.
(9) Stob. *Serm. de contin.* pag. 133.
(10) Stob. *Serm. de prudent.* pag. 3.

Libenter crederem ad hanc Zenonis sententiam nostrum respexisse.

Ὁ Ζήνων ἐνίκα τοὺς πλείστους, λέγων· ἐξὸν ἀπὸ τῶν πόνων τὰς ἡδονὰς φέρειν, ἀπὸ τῶν μαγειρείων λαμβάνειν (1).

Tanta enim inter se duæ sententiæ similitudine conveniunt, ut plane eædem sint futuræ, si pro τοῦ φέρειν, reponas τοῦ ποιεῖν, quod forsan legere non prorsus absurdum foret.

Δεῖ ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτὴν, ὅ,τι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τοῦτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς· οὕτω καὶ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, ὅ,τι ἂν περιθῇ ἡ τύχη. Καὶ γὰρ αὕτη, φησὶν ὁ Βίων, ὥσπερ ποιήτρια, ὅτε μὲν πρωτολόγου, ὅτε ὑστερολόγου περιτίθησι πρόσωπον, καὶ ὅτε μὲν βασιλέως, ὅτε δὲ ἀλήτου (2).

Decet ut bonum histrionem, quamcunque ei poeta dederit personam, hanc agere pulchre; ita et bonum virum, quamcunque ei dederit fortuna. Nam et ipsa, ut Bion inquit, velut poetria, nunc primi, nunc ultimi actoris tribuit nobis locum, alias regis, alias mendici.

Eadem usi sunt comparatione plures, inter quos: Epictetus, in Enchiridio (3), et divus Chrysostomus (4).

Ἐρωτηθείς ποτε τίς μᾶλλον ἀγωνιᾷ, ἔφη, ὁ τὰ μέγιστα βουλόμενος εὐημερεῖν (5).

Interrogatus aliquando quisnam majori anxietate premeretur, dixit : ille qui se maxime cupit esse felicem.

Et rectè; is enim mille curis distorquetur, ut assequatur ardua, et assecutus, æque torquetur ne amittat. Tali distractum cupiditate sic graphice pingit Horatius:

> Gaudeat, an doleat; cupiat, metuatve, quid ad rem,
> Si quidquid vidit melius, pejusve sua spe,
> Defixis oculis, animoque et corpore torpet (6)?

Μέγα κακὸν, τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν κακόν (7).

Magnum (aiebat) malum non posse ferre malum.

Nonne vides etenim quam multa nos exagitent incommoda, quam male nobis conveniat hoc corpus? Nunc de capite, nunc de ventre, aut de pectore, aut de faucibus querimur: alias nervi nos, alias pedes vexant, aliquando superest, aliquando deest sanguis. Adjice sortis malignitatem, fortunæ injurias, insidiantes hominum cupiditates, inconcussumque manebit hinc atque illinc te tentari et expelli. Porro si Socraticum opponas robur, cunctæ leviores fient incommoditates, multæque nequaquam sentientur; corpore enim minus quam animo persæpe dolemus.

Τὴν δόξαν ἐτῶν μητέρα εἶναι (ἔλεγε) (8).

Gloriam annorum matrem esse (aiebat).

(1) Stob. *Serm. de prudent.* pag. 3.
(2) Stob. *ibid.* pag. 19.
(3) Epict. *Enchir.* max. 28.
(4) Chrysost. *ad Theod. laps.*, II.
(5) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.
(6) Horat. *Epist.* lib. I, 6.
(7) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.
(8) Diog. Laert. *ibidem.*

Quid est gloria? Judicium hominum bene de hominibus judicantium. Hinc duplex dividitur. Altera ex populari rumore progenita, vanum et volatile quiddam est, auraque mobilius. Quæ non firma perdurat, et nobiscum extinguitur. Altera ex consensu bonorum orta, solida ac durabilis, non intra angustos hujus vitæ coarctata terminos, plerumque post fata incipiens, memoriam nostram in multa sæcula propagat. Quom ideo recte Bion matrem annorum appellat.

Mer. Casaubonus pro ἐτῶν legebat ἀτῶν. Quanquam enim vere dicatur gloriam continuis invidiæ, magnas ægre patientis laudes exsurgere, morsibus violari, et unde libet concinnus eliciatur sensus, tutius tamen vulgatam retinere lectionem censeo, Menagio assentiens, qui commode Baconium hic inducit de gloria dicentem : *Instar vernicis videtur esse, quæ non solum splendere facit, verum etiam durare* (1).

Ἐκλαβὼν ὁ Παύσων ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, τρέχοντα ἔγραψεν· ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου, γελάσας ὁ Παύσων κατέστρεψε τὸν πίνακα· καὶ γενομένων ἄνω τῶν κάτω, πάλιν ὁ ἵππος οὐ τρέχων ἀλλ' ἀλινδούμενος ἐφαίνετο. Τοῦτό φησιν ὁ Βίων ἐνίους τῶν λόγων πάσχειν, ὅταν ἀναστραφῶσι (2).

Cum conduxisset Pauson equum sese volutantem pingendum, currentem pinxit. Inique autem id ferente locatore, ridens Pauson invertit tabulam; et elatis sursum inferis partibus, jam equus non currens, sed volutans sese videretur. Hoc ait Bion quasdam orationes pati, quando inversæ fuerint.

Quomodo autem id patiantur, subinde declarat Plutarchus exemplo. Sequitur enim : διὸ καὶ τοὺς χρησμοὺς ἔνιοι φάσκουσιν οὐ καλῶς ἔχειν, ὅτι τῷ θεοῦ εἰσιν, ἀλλὰ τῷ θεοῦ μὴ εἶναι, ὅτι φαύλως ἔχουσιν.

Alludebat forsan sophista ad sermones Socratis non explicite disserentis, sed ne homines quorum increpabat vitia, offenderet, pee ænigmata loquentis; atque ideo primo aspectu non intelligebantur; sed *converti* debebant, ut non tantum exteriue eorum species cerneretur, sed et interior sensus pernosceretur (3).

Ἐρωτηθεὶς εἰ γήμαι, ἔφη (a)· ἐὰν μὲν γήμῃς αἰσχράν, ἕξεις ποινήν· ἂν δὲ καλήν, ἕξεις κοινήν (4).

Rogatus (a quodam) an uxorem ducere (deberet), dixit : siquidem duxeris turpem, habebis pœnam; sin autem formosam, habebis communem.

(a) Non a Bioneo dicto fere discrepat Anaxandridis sententia, maritos pronuntiantis nullo modo malum cavere posse.

Ἀλλ' ἔλαβεν αἰσχράν; οὐ βιωτὸν ἐστ' ἔτι,
Οὐδ' εἴσοδος τι παρέστιν εἰς τὴν οἰκίαν·
Ἀλλ' ἔλαβεν ὡραίαν τις; οὐδὲν γίνεται
Μᾶλλόν τι τοῦ γήμαντος, ἢ τῶν γειτόνων (5).

(1) Bacon. *Serm. fid.* cap. 52.
(2) Plutarch. *De Pyth. orac.* pag. 380.
(3) Ælian. *Var. hist.* lib. XIV, cap. XV.
(4) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.
(5) Stob. *Serm. uxor. ducend. non esse bonum*, pag. 388.

Idem, sed integro tamen syllogismo, sic A. Gellius argumentum refert.

Ἤτοι καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχράν· κἂν εἰ καλήν, ἕξεις κοινήν· εἰ δὲ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν· ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν· οὐ ληπτέον ἄρα (1).

Argumentum quidem illud si ex syllogisticis legibus perpendamus, nobis, ut Favorino, apud Gellium, patebit de priore propositione *ἤτοι καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχράν*, non ratum id, neque justum disjunctum esse; quoniam non necessarium est alterum ex duobus quæ disjunguntur verum esse, quod in proloquio disjunctivo necessarium est; eminentia enim quadam significari formarum turpes et pulchræ videntur: est autem tertium inter duo ista, quæ disjunguntur, cujus rationem prospectumque Bion non habuit. Inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media quædam forma est quæ a nimio pulchritudinis periculo, et a summo deformitatis odio vacat; qualis a Q. Ennio in *Menalippa* perquam eleganti vocabulo *stata* dicitur, quæ neque *κοινὴ* futura sit, neque *ποινή*. Quam formam modicam et modestam Favorinus non inscite appellabat *uxoriam*.

Πρότασιν autem explicitam si unamquamque, admissa disjunctione, seorsim excutiamus, ambas e scriptoribus qui probe mulierum mores novere, nequaquam falsas esse reperiemus, necessarioque incommoda a Bione prænuntiata vel *καλὴν* vel *αἰσχρὰν* ducentibus, subire *γυναικοκρατουμένους*.

Καὶ εἰ καλήν, ἕξεις κοινήν.

Si formosa enim ducatur, vix poterit in castimonia vivere; nam, ut inquit,

Theognis :

> *Παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ* (2).

Ovidius :

> Quid formosa tibi, si non nisi casta placebat?
> Non possunt ullis ista coire modis (3).

Juvenalis :

> .... rara est adeo concordia formæ
> Atque pudicitiæ (4).

Et ut sanctissimorum testimonio scriptorum profanos corroboremus auctores,

Ezechiel propheta :

> Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es (5).

Et Hieronymus lacertosus ille fidei christianæ propugnator :

Cum ergo fœcundas uxores habeatis, et liberis gaudeatis, cur pulchritudinem uxorum quæritis, quæ meretricibus apta est, non uxoribus (6)?

Et non mirandum hercle! difficulter adeo pudicitiam a mulieribus servari; vehementer enim forma viros sollicitat et allicit, ut testatur

Ovidius :

> Aut esses formosa minus, peterere modeste :
> Audaces facie cogimur esse tua (7).

Non facile autem custoditur quod plures amant, et in quo totius populi vota suspirant.

(1) A. Gell. lib. v, cap. xi.
(2) Theogn. v. 933.
(3) Ovid. *Amor.* lib. III, eleg. 4.
(4) Juven. *Sat.* x, v. 297.
(5) Ezech. cap. xvi, v. 15.
(6) Hieron. *in Malach.* cap. II.
(7) Ovid. *Epist. Acont. Cydipp.*

Phocylides ideo.

> Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τεκέεσσι (1).
> Εἰ δὲ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινήν.

Si deformis contra ducatur, res erit viro despectissima; nam, ut inquit

Palladas:

> Ὁ τὴν γυναῖκα τὴν ἄμορφον δυστυχῶν,
> Λύχνους ἀνάψας ἑσπέρας, σκότος βλέπει (2).

Deformitatem antiqui usque adeo detestabantur; ex pulchritudine vero tantum sibi favoris pollicebantur, ut formoso felix, deformi ac nigro infelix omen haberetur occurrere. Hinc in fœdum aspectu parœmia:

> Σὲ δ' οἰωνίσαιτ' ἄν τις ἰδών (3).

Philosophique rerum justi æstimatores, inter præcipua naturæ munera pulchritudinem annumerarunt, quod scite Libanius scripsit:

Κρεῖττον μὲν ἀγαθῆς ἀπολαύειν γυναικὸς, οὐ χεῖρον δὲ καὶ καλῆς· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο παρὰ τοῖς σοφωτέροις ἐν λόγῳ (4).

Nunc vero de ambabus propositionibus mea si requiratur sententia, Bionem fatebor nimia cum severitate formosas et deformes judicasse videri. Plures enim extitere olim quales Paulina Saturnini, Fatua Fauni, Bilia Duellii uxor, et ante omnes Penelope atque Lucretia quæ cum Sabinis vexilla pudicitiæ tulerunt; pluresque haud dubie nostris etiam temporibus reperiri possent, formosæ in castimonia viventes, et deformes corporis damna resarcientes animi dotibus. Satis raræ tamen, ut censeo, si cæteris conferantur; nam me valde movent testimonia prælata. Interroganti igitur quamnam ducere debeat, amice, respondebo, maritali quandoquidem statuisti ora porrigere capistro, si formæ insidias et suspicionem, deformitatisque fastidium vitare velis, ne uxorem elige pulchritudine præcellentem, tetro nec aspectu odiosam; sed

> Inter utramque tene.

In omnibus enim tutior est mediocritas, ut graviter pronuntiarunt

Pythagoras:

> .... μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον (5).

Et Phocylides:

> Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί (6).

Vetustissimum est illud dicterium, dicitur enim apud Stobæum sic a Pittaco fuisse repercussum:

Πιττακὸς ἐπύθετό τινος, διότι οὐ βούλεται γῆμαι. Τοῦδε φήσαντος· ἐὰν μὲν καλὴν γήμω, ἕξω κοινήν· ἐὰν δὲ αἰσχρὰν, ἕξω ποινήν. Οὐ μὲν οὖν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν μὲν καλὴν γήμῃς, οὐχ ἕξεις ποινήν· ἐὰν δὲ αἰσχρὰν, οὐχ ἕξεις κοινήν (7).

Quod, ut inquit A. Gellius (8), frigidius infirmiusque conversum. Pittacus enim non ab se defendit incommodum quod abest, sed carere se altero dicit quod non adest. Satis est autem tuendæ sententiæ, quod eum qui duxit uxorem pati necesse est ex duobus incommodis alterum, ut aut *κοινὴν* habet, aut *ποινήν*.

Permultis item fuit adscriptum. Sunt enim qui ad Biantem referant, ut A. Gellius (9) qui ad

(1) Phocyl. v. 208.
(2) Pallad. *Floril. græc.* ed. Græv. lib. II, p. 419.
(3) Erasm. *Adag.* chil. IV, cent. II.
(4) Liban. Clemat. *Epist.* XV.
(5) Pythag. *Carm. aur.* v. 38.
(6) Phocyl. v. 33.
(7) Stob. *Serm. de laud. nupt.* pag. 388.
(8) A. Gellius, lib. V, cap. XI.
(9) A. Gellius, *ibid.*

Bionem Borysthenitam; qui ad Antisthenem, auctore Laertio (1), qui ad Solonem, ut S. Maximus Confessor (2).

Unde vero tot sæcula hoc dictum duravit, tot regiones obivit, tot et tantis viris arrisit? Quod sane fulcro veritatis inconcusso nititur, genuinaque humanæ mentis malignitate exoritur.

Τὺς φίλυς, ὁποῖοι ἂν ὦσι, συντηρεῖν· ἵνα μὴ δοκοίημεν πονηροῖς κεχρῆσθαι, ἢ χρηστὺς παρητῆσθαι (3).

Amicos, qualescumque sint, servare (oportere dicebat), ne videamur malis usi, vel bonos neglexisse.

Parum prodens philosophi consilium; sic enim multo gravius periculum adiretur, quam quod vitaretur, patere quandoquidem, famam judicii vel constantiæ assecuturi, telis possemus infidi amici, quo nihilum est magis homini cavendum. Sapientius igitur suadebat Isocrates:

Βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν (4).

Πειρῶ. Amicum amantem vehementer redama, et si forte perfidum experiaris, patiens esto diu, cunctas illius reducendi vias tenta; sed si nulla spes remaneat eum unquam in fidem esse rediturum, utere consilio Catonis, qui amicitias quæ non placent, sensim dissuendas, non subito discindendas judicabat.

Βίων ἔφη, δεῖν τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα, παυόμενον τῆς ἀρχῆς, μὴ πλυσιώτερον, ἀλλ' ἐνδοξότερον γεγονέναι (5).

Bion dixit, oportere integrum magistratum discedentem e magistratu, non locupletiorem, sed laudatiorem factum fuisse.

Demonicum illud, pene iisdem vocibus edocuerat, ante Bionem, Isocrates:

Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττυ, μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος. Πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τῦ πλήθους ἔπαινος (6).

Φησὶν ὁ Βίων (7)· *οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται, ἐλεύθεροι· οἱ δὲ πονηροὶ ἐλεύθεροι, δῦλοι πολλῶν ἐπιθυμιῶν* (8).

Ait Bion: *Boni famuli, liberi; mali autem liberi, servi multarum cupiditatum.*

Bioni non omnino assentior dicenti bonum famulum liberum esse; quanquam enim stoïcolis istis libuerit effutire, nullum esse servum, qui animo sit liber; puto reipsa eum servire qui servit corpore; sed plane illi assentior dicenti probum servum liberiorem esse quovis alio cive ingenuo, sed improbo. Ille enim hero famulator uni, hic autem tot tyrannis servit, quot cupiditatibus laborat.

Τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν· εἰς αὐτὸ γῦν πάντα καταφεύγειν (9).

Senectutem aiebat portum esse malorum; ad ipsam enim cuncta confugere.

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48; lib. VI, segm. 2.
(2) Maxim. Conf. *Serm. per. excerpt.* pag. 632.
(3) Diog. Laert. lib. IV, segm. 51.
(4) Isocrat. *Orat. ad Demon.*
(5) Stob. *Serm. de magist.* pag. 216.
(6) Isocrat. l. c.
(7) M. S. A. præfert *Δίων*, suprascripsit tamen manu quidam *Βίων*. Vid. Stob. Florileg. Thom. Gaisford. ed. Oxon. vol. 1, pag. 55.
(8) Stob. *Serm. de dom. et serv.* pag. 368.
(9) Diog. Laert. lib. IV, segm. 48.

Bioneo dicto proxime accedens aliquid jam antea Socrates emiserat :

Εἰ γὰρ νυνὶ διεπραξάμην, δῆλον ὅτι ἐπιμασάμην ἂν αὐτὸ τοῦ ἤδη λῆξαι τοῦ βίου, ᾗ ῥᾴστῃ ἀλγυνόμενος τελευτῆσαι, ἢ γήρᾳ, εἰς ὃ πάντα τὰ χαλεπὰ συῤῥεῖ, καὶ μάλα ἔρημα τῶν εὐφροσυνῶν (1).

Eamdem quoque sententiam, iisdemque pene vocibus expressam, apud Stobæum, Antiphani Rhodio reperimus imputatam.

> *Τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν,*
> *Πάντ' ἐστ' ἰδεῖν εἰς τοῦτο καταπεφευγότα* (2).

Propriam tamen effecit sibi Borysthenita nova *τοῦ ὅρμου* **metaphora, qua communi appulsu in ingratum hunc senectutis portum delatam miseriarum omnium luctuosam classem feliciter depinxerit.**

Mirum in modum errasse mihi videtur Erasmus in evolvendo hujus apophthegmatis sensu. Relata enim sic sententia: ***Bion senectutem aiebat portum esse malorum*****, addidit, male putans de ignavis hominibus, non de incommoditatibus vitæ locutum fuisse Bionem ,** ***quod omnes huc confugerent, sperantes miseriarum finem*** **(3).**

At audiat vir doctissimus Homerum senectutem vocantem, *γῆρας ὀλοιόν* **(4).**

Menandrum :

> *Φοβοῦ τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον* (5).

Lucianum denique, dum vividis, Apelleo veluti penicillo, vocibus senem adumbrat :

« Ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα, κορύζης μὲν τὴν » ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, οὐδὲν ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον ὑπὸ τῶν νέων » καταγελώμενον (6). »

Et fateri cogetur socordes homines melius ignaviæ suæ morte ipsa fuisse consulturos, quam incommoda senectutis tolerando, Bionemque igitur non tam remote a sensu communi aberrare potuisse, ut *κακούς* **pro** *κακὰ* **innuere vellet.**

Erasmianæ tamen interpretationi primo aspectu favere videtur Antiphanis sententia jam allata. Apud antiquos enim, ut videre est in Plutarcho (7) et Justino (8), complura altaria tanta fuere veneratione culta, ut si quis ad ea reus perfugisset, inde vi rapi nefandum sacrilegium censeretur. Aperte igitur, concludet aliquis Erasmi fautor, significare voluit Antiphanes, ignavos homines anxiis per reliquam vitam terroribus exagitatos, ad senectutem, tanquam ad securum altaris asylum, confugere. At quanto concinnior adversus Erasmum sensus elicitur ! Nonne enim tibimet cernere videaris catarrhum, podagram illam inertem, membrorum effœtam tarditatem, surditatem, cæcitatem, maciem, et omnem malorum hanc tetram cohortem, quæ

> **Post ignem ætherea domo**
> **Subductum. . . . .**
> **Terris incubuit. . . . .**

senectæ, velut aræ inexpugnabili, fortiter inhærentem : Inexpugnabili heu ! Nulla enim hinc posthac fomenta, nulla eam Pæoniæ artis pocula detrudere valebunt. Quod si tibi unus scrupulus etiam restat, tollet eum Antiphanes ipse, qui, apud Stobæum, priorem hancce sententiam illustrare videtur :

> *Πρὸς γὰρ τὸ γῆρας, ὥσπερ ἐργαστήριον,*
> *Ἅπαντα τ' ἀνθρώπεια προστρέχει κακά* (9).

Sed quid patenti diutius immorer errori ? dormitavit Erasmus.

(1) Xenoph. *Apol. pro Socrat.* pag. 702.
(2) Stob. *Serm. de vitup. senect.* pag. 506.
(3) Erasm. *Apophth.* lib. VII.
(4) Hom. *Hymn. in Vener.* v. 223.
(5) Men. *Excerp. Grot.* pag. 929.
(6) Lucian. *Dial. mort.* Terpsic. Platon.
(7) Plut. *Vit. Solon.* pag. 84.
(8) Just. *Hist.* lib. XXVIII, cap. III.
(9) Stob. *Serm. de vitup. senect.* pag. 506.

Μὴ δεῖν ἔφασκεν ὀνειδίζειν τὸ γῆρας, εἰς ὃ πάντες εὐχόμεθα ἐλθεῖν (1).

Non oportere dictitabat exprobrare senectutem, ad quam omnes cupimus pervenire.

Recte monebat sophista; nam si crudele et inhumanum fati damna, vel injurias fortunæ vitio vertere, non minus absurdum aliis probro dare quod quis optat sibi contingere. Ecquis autem hominum senectutem adipisci non optat? Probatissimos interroga scriptores, et tibi respondebunt

Menander:

.... τὸ γῆρας βαρὺ
.... εἰς σὲ δὲ
Ἐλθεῖν ὅμως εὐχόμεθα, καὶ σπουδάζομεν (2).

Tullius Cicero:

...... Senectus quam ut adipiscantur omnes optant (3).

Τῇ μὲν ἀνδρείᾳ νέους ὄντας ἔφη χρῆσθαι, τῇ δὲ φρονήσει γηράσκοντας ἀκμάζειν· τοσοῦτον (δὲ) διαφέρειν τὴν φρόνησιν τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ὅσον τὴν ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων (4).

Fortitudine quidem juvenes aiebat uti, prudentia vero senes vigere: tanto autem præstare prudentiam cæteris virtutibus, quanto visum cæteris sensibus.

Quas sententias Laertianis in codd. distinctas copulavi, et in unam coegi. Priorem enim adeo antiquam, ut παλαιὸν αἶνον vocarit Euripides:

Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος (5).

Tamque communem, ut mille eam vulgarint scriptores, inter quos

Æschylus:

Γῆρας γὰρ ἥβης ἐστὶν εὐδικώτερον (6).

Democritos:

Ἰσχὺς καὶ εὐμορφίη νεότητος ἀγαθά· γήρας δὲ σωφροσύνης ἄνθος (7).

A Bione censeo solummodo fuisse præmissam, tritum ut quoddam vetusque apophthegma, cui posteriorem assueret sibi propriam.

Καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας, φησὶν ὁ Βίων, ἐξοικιζόμεθα, ὅταν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας οὐ κομιζόμενος τὴν θύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφέλῃ, τὸ φρέαρ ἐγκλείσῃ· οὕτω καὶ ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζομαι· ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας, οὐχ ὑπομένω (8).

Quemadmodum et ex domo, inquit Bion, exigimur, cum pretium habitationis locator non accipiens, fores revellat, tegulam adimat, puteum obs-

(1) Diog. Laert. lib. IV, segm. 51.
(2) Stob. *Serm. de vituper. senect.* pag. 505.
(3) Cic. *De Senect.* cap. II.
(4) Diog. Laert. lib. IV, segm. 51.
(5) Stob. *Serm. de laud. senect.* pag. 501.
(6) Stob. *Serm. de laud. senect.* pag. 502.
(7) Stob. *ibid.*
(8) Stob. *Serm.*

truat; ita etiam ex hoc corpusculo relegor; quando quæ locavit natura oculos ademit, aures, manus, pedes, non amplius moror.

Ingeniosius quam verius dictum. Si raro enim parum adeo propriæ consulit utilitati locator, ut tale domoi suæ detrimentum adferat, ad expellendum habitatorem qui non est solvendo; sæpius etiam mors nos totos subito, nec sensim absumit.

Vidi ac perlegi, hac die nona mensis Julii 1830.

N. E. LEMAIRE,

Facultatis litterarum Decanus, in Academia Parisiensi.

Typis mandetur,

ROUSSELLE,

Studiorum Inspector, procurandis Academiæ Parisiensis rebus Præpositus.